165.

ANALECTA CRITICA

IN

SCRIPTORES VETERES GRAECOS ET LATINOS.

FASCICVLVS PRIMVS,

QVO CONTINETVR

I. Notitia Poëtarum epigrammatographorum, quorum nomina et fragmenta in *Analectis Brunckianis* exſtant,

II. Supplementum Commentariorum *Euſtathii* in *Dionyſii* Periegeſin,

III. Auctarium emendationum in Oppiani Cynegetica, et

IV. Diſputatio de dubia carminum Orphicorum auctoritate et vetuſtate.

EDIDIT

IO. GOTTLOB SCHNEIDER

TRAIECTI AD VIADRVM
SVMTIBVS CAROLI THEOPHILI STRAVSSII.
MDCCLXXVII.

VIRO
ILLVSTRI
IOANNI BERNARDO
MERIAN,

ACADEMIAE SCIENTIARVM ET LITTERARVM
ELEGANTIORVM REGIAE BEROLINENSIS SOCIO
ET BIBLIOTHECARIO,

HVNC
PRIMVM ANALECTORVM CRITICORVM
FASCICVLVM HONORIS ET REVERENTIAE
CAVSA

D. D. D.
EDITOR.

Digitized by Google

Praefatio.

Quae me in conſilium edendarum complurium ſcriptiuncularum, quae diu mecum compreſſae intra capſulas latuerunt, ratio deduxit, ea ſane longiſſime remota eſt ab hac noſtratium ſcriptorum ambitione, qui cum videant, quam teneris clamoribus communem et vernaculam eruditionem excipiant homines, vt ſibi videntur, elegantes, quorum aliqui in ſcriptura Parnaſſi pro magiſtris Apollini operas dant, partim hoc ſibi diuinitus datum munus exiſtimant, vt Famae praeconium faciant, ſilentii impatientiam ferre non poſſunt, et nihil aliud niſi opus ſcribendo quaerunt, ne ſcilicet illi ipſi troſſuli, quibus in ſinu ſunt, aliquando diſcingantur. Vehementer enim errare mihi

videntur, qui paene omnem nunc litterarum humaniorum fructum et reditum in hac gloriae vanitate et fragilitate poſitum cenſent; neque ego ſane is ſum, quem magnificae illorum hominum laudes, quorum iudiciis peruſtus tandem in hunc portum euaſi, ad capeſſendam gloriae cupiditatem accendere poſſint. Sed cum primum hunc ampliſſimum antiquitatis graecae et latinae campum ingreſſus ſum, hoc inprimis conſilium ſemper mihi tenendum eſſe cenſebam, vt ſi quae a viris doctis, qui omnem fere ingenii nobilitatem in hoc ſtudiorum genere curſu et ſpatiis metiebantur, eſſent praetermiſſa loca, ſiue paullo leuius negligentiusue aut omnino non recte tractata, ad inquiſitionis diligentiam et iudicii ſeueritatem reuocarem; quo facilius excuſſa leuitate opinionum, quotidie magis magisque more papporum eſſloreſcentium, et exciſis errorum radicibus et fibris, oppreſſa diſputationum prolixarum tenebris veritas in lucem vindicaretur. Contra vero facile videbam cauendum eſſe ea in re peruulgatum in quibusdam hominibus vitium, qui

qui praeclaram hanc ſcriptorum veterum interpretandorum emendandorumque ſcientiam profitentur, quo tritiſſima quaeque et vulgaria putida et obſcura diligentia conſectantur, omnesque feſtucas gallinarum inſtar glocientium de via tollunt; hoc enim germanorum ardelionum eſt, qui et ſuo et alieno otio improbe abutuntur. Sed ſentio cogitatione communis horum temporum labis me in genus orationis ingratum atque odioſum delatum et paullo altius prouectum eſſe, quam conſilii mei ferebat ratio. Praeterea metuo, ne virorum quorundam clariſſimorum morem imitari velle videar, qui cum ex nominis ſui celebritate quaeſtum facere non erubeſcant, cuiuscunque demum libri praeconium a miſello aliquo librario illis pacto pretio delatum fuerit, eum mercenario prooemio tam multis verbis praedicant, atque omnem ſuam commendationem, in ſuis etiam perſaepe ſcriptis, ſi quid ipſi forte ingenio ſuo extuderint, tam apte et ſcienter ad lacunas Kalendarii ſui explendas accommodant, vt viri boni et ingenui ſpectatum admiſſi

maximum in riſum effundantur. *Quidni?* inquit Lucilius; *et ſcruta quidem vt vendat ſcrutarius laudat.*

De reliquis igitur primi huius faſciculi opuſculis nihil habeo, quod praefandum putem; verum de Auctario emendationum in Oppiani Cynegetica pauca ſunt, de quibus lectorem quam poteſt fieri breuiter admonendum exiſtimo. Cum enim in nupera Oppiani editione adornanda plurima eſſent a me quamuis inuito propter editionum veterum inopiam omiſſa, quae ad multa carminis vtriusque menda tollenda facere poſſent, aliquo vero poſt tempore plerisque illis libris, quibus olim carueram, per amicitiam virorum quorundam doctorum potitus eſſem, operam nunc dabo, vt tandem lectoribus Oppiani ſtudioſis muneris recepti officiique mei rationem perſoluam. Itaque primum hoc auctarium plura deinde per reliquos faſciculos continuata ſequentur, in quibus abſoluta parte ea, quae rem criticam propius quam hiſtoriam naturalem attingunt, illud inprimis maximo opere allaborabo, vt deſcriptiones animalium ab Oppia-

Oppiano propoſitae ad ſeuerius examen reuocentur, et comparata praeſtantiſſimorum huius ſeculi doctrina ſcriptorum, qui ſane multum veterem illam in perſcrutanda rerum natura ſimplicitatem induſtria et obſeruandi diligentia ſuperarunt, partim emendentur, partim experientiae teſtimonio et grauiſſimorum auctorum conſenſu confirmentur atque illuſtrentur.

Praeterea in libris Oppiani Halieuticis multa et varia piſcandi artificia deſcripta ſunt, quae quidem ita mihi primum obſcura et difficilia ad explicandum videbantur, vt de tota hac operis praeclari parte in latinum ſermonem conuertenda prorſus olim deſperarem, niſi me *Conr. Geſneri* auctoritas et exemplum non ſolum in conſilio ſuſcepto confirmaſſet, ſed et plurimis locorum difficultatibus explicaſſet. Si quid igitur ea in re peccatum a me fuit, habeo cum quo culpam erroris communicem, auctorem ſatis grauem. Sed nihil eſt, quod hac mihi nimis ſtulta excuſatione vtendum putem. Illud enim potius operam dabo, vt praeterita verſionis latinae

menda et vitia diligentia interpretandi redimam, atque ita omnem plane reprehenſionem praecidam. Praeter varia, et in hiſtoria naturali curioſa virorum doctorum itineraria, habemus ampliſſimum et prorſus egregium clariſſimi Galli, *Du Hamel*, opus de Piſcatu, quibus quidem libris vniuerſa piſcatorum conſuetudo et diſciplina cum omni fere artificiorum genere, quo litoris Hiſpanici et Gallici incolae vtuntur, tam plane oratione perpetua deſcripta, et ſubinde tabulis aere excuſis tam ſcienter expreſſa eſt, vt nihil accommodatius et facilius cum ad omnem piſcandi rationem cognoſcendam, tum vero inprimis ad intelligendam inſtrumentorum formam atque vſum, quem Oppianus in piſcatu maris mediterranei olim commemorauit et deſcripſit, mihi cogitari poſſe videatur. Atque horum ſcriptorum ſtudium atque operam cum ad Oppiani libros de Piſcatione interpretandos translatam diligenter in conſilium adhibere inſtituam, tum profecto facile erit ad aeſtimandum, quam multa adhuc reſtent in carmine praeclaro loca, quae veteres Oppiani inter-

interpretes nimis negligenter aut omnino male interpretati ſunt, et quam grauia hucusque verbis graecis inhaeſerint vitia, quae non dicam meam illuſtrisque *Brunckii* diligentiam, ſed et ipſam magni in hiſtoria naturali viri, *Conr. Geſneri*, aliorumque haud minore ingenii laude virorum perſpicacitatem prorſus effugerunt.

Poſtquam vero hoc auctarium operis typographicis deſcribendum datum fuerat, ſubita ſortis meae felicitate tandem in meam poteſtatem peruenit ille *Foertſchii* libellus, in quo inueſtigando omnem hucusque diligentiam fruſtra conſumſiſſe videbar. Hunc enim cum quibusdam aliis virorum doctorum ſcriptiunculis rarioribus liberalitatis ſuae et propenſae in me meaque ſtudia voluntatis teſtem ad me permiſit doctiſſimus *Hummel*, Gymnaſii Altorfini Rector, qui quidem edenda noua librorum rariorum Bibliotheca, et colligendis publicandisque virorum doctorum, qui aliquot abhinc ſeculis magna ingenii atque eruditionis laude floruerunt, epiſtolis, ſolertiam raram et acerrimum de litteris grae-

graecis latiniſque, et de tota adeo humanitate bene merendi ſtudium ſatis abundeque viris doctis approbaſſe videtur. Atque equidem quibus grati animi argumentis officiique mei ſignis ſummam viri doctiſſimi humanitatem, qua me ignotum ſibi plane hominem occupauit, magis illuſtrem, neſcio, niſi vt totam libelli particulam, quae Peiſeri interpretationem librorum Oppiani de Venatione reſpicit, cum ipſa Peiſeri Praefatione transſcriptam cum lectoribus Oppiani mei ſtudioſis communicem; quo quidem facto mihi videor conſecuturus eſſe etiam illud, quod plurimum ad animi mei honeſtatem demonſtrandam intereſſe puto, vt viro doctiſſimo collocati in me beneficii fructus et gratia etiam in aequitate lectorum meorum conſtet, qui laborioſam quaerendi libelli rariſſimi operam ex eo lucrati fuerint. Haec igitur editoris Lipſienſis ſunt verba:

Ad Cynegetica Oppiani reuertor. Elegantiſſimum hoc poema opera et oleo quorundam doctorum virorum dignum adeo viſum eſt, vt ſermone adſtricto in alias linguas illud transferendo, Muſas

ſuas

ſuas occuparent. Vt enim taceam Quintum Septimium Florentem Chriſtianum, qui Gallico carmine illud reddidit; conſtat Ioannem Bodinum, et Michaelem Piccartum latinis carminibus illud expreſſiſſe. Eundem laborem in ſe olim ſuſcepit confecitque, qui mihi nunc commemorandus eſt, Dauides Peiferus, Lipſienſis, vir et doctrina et inprimis ciuili prudentia in aula Auguſti, Electoris Saxonis, cui a conſiliis erat, conſpicuus, et ab eodem Electore ad Cancellarii dignitatem euectus. Hic, vt erat ab ineunte aetate litterarum amantiſſimus, et ingenio pollens, Oppiani de Venatione libros quatuor latino reddidit carmine, quod *quinque in libros diduxit*, et amicorum ſuaſu prelo committere conſtitutum ſecum habuit. Didici hoc primum ex ipſius epiſtola manuſcripta, et ad Rudolphum II. Imperatorem exarata, quae ex forulis defuncti parentis mei, vt puto, reſidua multos annos in ſcriniis meis delituit. Hanc vero Venaticorum Oppiani translationem, quam Rudolpho II. Peiferus hac epiſtola, vt nunc loquimur, dedicauit, lucem nondum vidiſſe, ſed manu-

manuſcriptam in bibliotheca Menkeniana olim aſſeruatam fuiſſe, in Lexico ſuo D. Ioecherus, vir magnificus atque celeberrimus, obſeruauit; (nunc vero in bibliotheca viri doctiſſimi nobisque amiciſſimi *C. F. Loeſneri*, Profeſſoris Lipſienſis, abrupta Peiſeri praefatione aſſervatur.) Eſt igitur illa, quantum quidem ſcio, *ἀνέκδοτος*, quamquam, quid Peiſerum ipſum a conſilio illam edendi retraxerit, me neſcire fateor, niſi forte mors interceſſit. Illam nunc epiſtolam quod attinet, cum et argumentum aliquod eruditum tractet, et quaedam, quae ad illuſtrandam Peiſeri vitam ſpectant, in ſe contineat, et vel eo ſe commendet, quod doctorum virorum epiſtolae ſemper magni aeſtimatae, et cum voluptate ſunt lectae: operae pretium me facturum eſſe putaui, ſi eam e tenebris in lucem proferrem. Quantum enim in Peiſeri ſcripta inueſtigare potui, ea publici iuris antea nunquam facta eſt. Aliter ſi eſſet, neque id magnopere curarem, quandoquidem bis eam legiſſe, neminem, vt puto, poenitebit. En illam igitur!

Sereniſ-

Sereniſſimo et Potentiſſimo Principi, Domino Rudolfo II. Caeſari Auguſto, Imperatori Romanorum etc. Patrono ſuo, omnis reuerentiae ſtudio ſummiſſe colendo.

Pontificii iuris interpretes, Rudolfe Caeſar Imperator, venationem ferarum triplicem eſſe docent: aliam neceſſitatis, oppreſſionis aliam, et beſtiariorum tertiam: cum laniſtae impudenti armati audacia, ludis ſcenicis, pacta mercede, in arenam deſcendunt, vt cum beſtiis depugnent, quorum, tanquam in ſemetipſos periculoſorum hominum, ambitioſa temeritas, quemadmodum iam diu Chriſtianis legibus et moribus ſublata eſt: ita venationes, quae cum hominum moleſtia et vexatione fiunt, agros cultos et frugiferos publico detrimento imminuentes, recte oppreſſiones

ſiones colonorum et agreſtium appellari poſſunt, et ſunt vituperabiles. Reliquum eſt probabile venationum genus, quod neceſſitatis cauſa, ad hominum vtilitatem exercetur, vel vt alimenta vitae neceſſaria inde ſuppetant, vel vt principes, animi ex magnis reipublicae curis recreandi gratia, ſine cuiusque incommodo, excitandis agitandisque beſtiis ſe oblectent: vel vt in ſiluis, in paſcuis et viuariis ſuis, adaucta ferarum multitudine, apros et ceruos plumbeis globulis eminus petitos feriant: aut canibus in retia actos venabulis cominus transuerberent: ne abundante et praegrauante beſtiarum grege, extra ſepta et limites ſuos longius euagentur, et fruges atque ſegetes alienas depaſcant, proterant et conculcent. Tales autem venationes olim veterum Germanorum fuere: quibus vitam et cultum propagarunt:

runt: et ſunt adhuc hodie multarum gentium, quae ex venationibus victum et veſtitum quaerunt. Tales fuere, quas Xenophon in Cynegetico ſuo tradit, et tantopere commendat eorum venatorum, vt ipſe loquitur, οἳ πάσης τῆς πόλεως ἐχθρὸς ἐπιχειρῦσιν, *qui totius ciuitatis hoſtes, feras ſcilicet aggrediuntur, quod Meleager praeſtitit: qui immanis et toti Aſiae formiduloſi apri, iuxta Ouidium,*

> *Splendida in aduerſos venabula condidit armos.*

Vnde et magnos illi fuiſſe honores habitos idem Xenophon ſcribit, et Georgius Cedrenus memoriae prodidit, Imperatorem M. Antoninum duodecim vno die leones confeciſſe; cuius exempli imitatione longo poſt tempore Imperator Honorius lege promulgata, quae Iuſtinianeo Codici inſerta

eſt, omnibus vbique locorum hominibus leonum occidendorum liberrimam poteſtatem permiſit. Tales denique ſunt venationes, quas Oppianus Cilix graeco carmine elegantiſſime deſcriptas, quatuor (tot enim adhuc exſtant) libris complexus eſt, quos ego ante annos quadraginta quinque latinis verſibus redditos, hactenus domo meae incluſos tenui duarum rerum gratia: vnius, quod eo ipſo anno, quo verſionem hanc abſolveram, profectione in Italiam ſtudiorum cauſa ſuſcepta, impedirer, quominus, vt res poſtulabat, illam limare poſſem: alterius, quod Antonio Poſſero, Ianuenſi, ſpem edendi libros eiusdem autoris de Aucupio, a Franciſco Aſulano iniectam fuiſſe ſcirem, et mecum ipſe reputarem, ſicubi forte illos libellos de Aucupio in Italia perſcrutatus fuiſſem, vtrumque opus pari ſtudio et eadem opera,

*opera, maiori cum applauſu, diuulgari poſſe. Ac Florentiae quidem in Bibliothecam ad Diui Laurentii, ſelectiſſimis libris inſtructam, a clariſſimo viro Petro Victorio deductus, Venationum Oppiani exemplaria duo in membranis ſcripta reperi; libros vero, quos idem autor de Aucupio confecit, neque tum Florentiae, neque poſtea Venetiis, neque Romae, neque Neapoli, nec vsque alibi triennio illo, quo in Italia vixi, perueſtigare potui *). Redeunti porro in patriam, et illuſtribus aulis, primum Megalopyrgenſi, deinde ſeptem-*

*) Refert Rittershuſius ſe in Ixeuticis libris alicunde eruendis magno laboraſſe opere, maxime cum Ioach. Iungermannus et Lud. Camerarius, Ioachimi filius, diuerſis temporibus in Italiam iuiſſent, quos obteſtatus ſit, vt diligenter in hanc operum Oppianicorum partem inquirerent, ſed fruſtra eos fuiſſe. *P. I. F.*

curali Saxonicae, mancipato operoſae laudatiſſimorum principum curiae curam mihi de Oppiano meo omnem excuſſerunt, donec nuper admodum cum amicis meis de iuuentutis ſtudiis more ſenum familiares ſermones conferens, in mentionem huius verſionis incidi; illorumque hortatu e tenebris erutam viris doctiſſimis legendam excutiendamque exhibui, qui cum in lucem proferendam eſſe cenſerent, illis ego obtemperandum eſſe putaui, cum vt ne viderer eorum iudicio, quorum apud omnes litteratos autoritas merito plurimum valet, diffidere, tum vero, vt tenerem, quam initio huius verſionis mihi optaueram, occaſionem praeſtandi animum memorem in ſereniſſimam Auſtriacorum Principum familiam, de me meisque optime meritam. Audiueram enim ex patre meo, Imperatoris Diui Maximiliani

ni I. abaui tui, ſtipatorem corporis fuiſſe Martinum Peiferum, proauum meum: a Patrono armorum inſignibus ornatum. Recordabar ipſe, ſoluta Lipſienſis oppidi, patriae meae, obſidione, in caſtris ad Witebergam Piſtricianis, me in fortiſſimi Herois, Imperatoris Caroli V. patrui tui magni, et aui materni praetorium, procurante id celeberrimo medico Andrea Veſalio, admiſſum et liberaliter atque munifice dimiſſum. Memineram triennio poſt, a Caeſare Ferdinando, auo tuo paterno, principe optimo et ſapientiſſimo in Auguſtanis comitiis laurea me fuiſſe donatum. Nec vero vnquam viuo mihi inſignis liberalitas excidet, qua ſanctiſſimus et nunquam ſatis laudatus Imperator Maximilianus II. pater tuus, erga me eſt vſus; qui et gentilitatis ius, et fundi caduci praerogatiuam mihi dedit: tuae etiam maieſta-

ieſtatis approbatione poſtea confirmatam. Pro quibus tot tantisque beneficiis remunerandis, etſi nihil mihi ſuppetit praeter voluntatem, tamen horum ſingularium erga me sereniſſimae familiae veſtrae meritorum, meaeque erga illam, a prima adoleſcentia ad ſummam ſenectam vsque, perpetuae obſeruantiae monumentum aliquod ad poſteritatem vt exſtet: ſitque indicium acceptorum beneficiorum ad memoriam animi grati ſempiternam. Hos ego quatuor Oppiani libros, quos ille olim graecos Imperatori Antonino Baſſiano Caracallae, tetro et flagitioſo tyranno, inſcripſit, a me latine redditos tibi, Caeſar Rudolfe, pio, magnanimo, iuſto, forti, felici, et Auguſto Imperatori, cum teſtificatione tuorum erga me priuatim meritorum affero, conſecro et dedico: omnibus infimis precibus rogans et obſe-

obſecrans, vt officium hoc meum, qualecunque eſt, in optimam partem beneuole accipias, meque in numero tuorum fideliſſimorum clientum habeas, et auguſto tui nominis patrocinio benigne tuearis et protegas.

Ego ſi nihil aliud maieſtati tuae retribuere poſſum, ſaltem τὰς τῶν γερόντων εὐχὰς ſancte polliceor, deoque optimo maximo nuncupatis votis ſupplico, vt conſilia et actiones tuas fortunet, et ad laudem ſui nominis reique publicae incrementum gubernet et dirigat, tibique ſine vlla offenſione ſecundum vitae curſum largiatur, et diuinitus fortunam adiungat, ad res contra omnes tuos et imperii germanici hoſtes, inprimisque contra Conſtantinopolitanum tyrannum, praeclare gerendas: vt efferatam, immanem et vaſtificam illam beſtiam, velut alter Hercules Ery-

manthiam belluam, conficias, elidas atque deleas, reique chriſtianae exoptatam iam pridem pacem firmam, fixam et ſtabilem cum ſempiterna nominis tui gloria conſtituas, Maieſtati tuae deditus et obſtrictus cliens Dauid Peiſerus I. C. Dresdae.

Atque haec quidem ſunt, quae ex libello *Foertſchiano* transſcribenda et cum lectore communicanda duxi; reliqua enim longe putidiora et vix digna mihi videntur, quae typis deſcripta in lucem reuocentur, niſi quis excipiendam putet annotationem, quam ipſis autoris verbis hic reddam: Hieronymus in Chronico ſub M. Antonino Philoſopho: *Oppianus poeta Cilix cognoſcitur, qui Halieutica miro ſplendore ſcripſit.* M. Antoninum Phil. perperam poſitum eſſe pro Antonino Caracalla, putat celeberrimus Fabricius. Sed fortaſſe legendum erat *naſcitur*, loco cuius ſcribarum vitio irrepſit *cognoſcitur.* Et ſic recte Hieronymus, cui ὁμό-

ψηφος

ψηφος eſt Suidas: Ὀππιανὸς Κίλιξ ἀπὸ Κωρύκȣ πόλεως, γραμματικὸς καὶ ἐποποιὸς, γεγονὼς ἐπὶ Μάρκȣ Ἀντωνίνȣ βασιλέως. Namque communi conſenſu Oppianus circiter τριακονταέτης erat, cum Imperator Seuerus Anazarbum veniret. Inde ſi retro 30. anni numerantur, natales eius ſub imperium M. Antonini Philoſophi recidunt.

Nolo hic praeterire, quae vir aliquis doctus in exemplo Oppiani Turnebiani, quod a celeberrimo *Lorrio*, Medicinae doctore Pariſienſi habui, Vitae Oppiani aſcripſerat, quibusque diſputationem de Vita et aetate Oppiani a nobis nuper inſtitutam mirum in modum confirmari laetabar. *Non multum*, inquit, *fidei habeo ei, qui hanc vitam ſcripſit, quisquis ille fuerit. Floruit enim Oppianus Marco Imperatore, vt docet Athenaeus; nec puto eum tam iuvenem mortuum eſſe; puto quoque eum puerum non ſcripſiſſe ἁλιευτικά.* Deinde ad verba ἐπὶ Ἀντωνίνȣ τȣ̃ υἱȣ̃ Σεβήρȣ aſcripſerat: *Errat, deceptus nomine Antonini. Multo ante principa-*

cipatum Imperatoris Seueri ſcripta ſunt ἁλιευτικὰ, nempe ſub Marco imperatore, vt docet Athenaeus et Suidas. Praeterea nunc ſatis certo intelligere mihi videor, libellum de auibus eundem habere autorem cum libris de Venatione, quod in illis nuspiam ſtruthiocameli ſit mentio, quae tamen omitti non debebat, niſi carminis auctor eam a ſe alibi deſcriptam iterum inculcare noluiſſet.

Denique dum in eo adhuc ſum, vt ſcriptiones meas recognoſcam, et ſi quae olim paulo negligentius leuiusue poſita a me ſunt, retexem, haud ingratum me viris doctis facturum puto, ſi loca quaedam Fragmentorum Pindaricorum, in quibus me aut memoria aut librorum vſus deſtituerat, accuratius expoſuero curisque ſecundis adauxero. Commemoraueram ex Fabricio librum *Meletii* de Natura Hominis, vbi locus aliquis ex Pindaro laudari dicitur, (p. 53.) quem quidem tum, cum iſta ſcribebamus, inſpicere nondum licuerat: tandem in bibliotheca Francofurtana repertum adhibui,

bui, locumque reperi eundem a *Meletio* laudatum, quem ex *Etymologico* Magno ad fragmenta Primi Dithyrambi relatum No. I. poſui pag. 46. Verum ille *Meletii* liber habet aliquam lectionis varietatem, quae mihi grauem mendi latentis ſuſpicionem mouet, cuius tamen omnem corrigendi laudem facile viris doctioribus concedo. En tibi ipſa Meletii verba: *Quidam autem vino madentem* θωρήξασθαι *dixerunt, vt Hippocrates,* λιμὸν θώρηξις λύει, *et Pindarus in Dithyrambis,* ἀλόχῳ ποτὲ θωραχθεὶς ἐπέχεε ἀλλότρια· *quod facit, uxorem vino quandoque madidus falſis inſimulabat:* Alter locus eſt pag. 55. vbi verba quaedam mea an typographi culpa exciderunt No. V. Continuo enim poſt ea verba, quae ex *Ariſtide* poſui, inſerenda ſunt paucula haec: *Quod de Minerua ſequitur apud Ariſtidem:* Χάριτες δ' αὐτῆς περὶ χεῖρας ἵσανται, *ex poeta, forte ipſo Pindaro, ſumtum vidit celeb.* ABRESCH. *Obſ. Miſcell. X. p. 243.* Atque ita tandem deſino, viroſque doctos rogo, vt hoc ſtudium meum de litte-

litteris graecis bene merendi, aequi boni faciant, et vt voluntatem egregiam conſilio operaque ſua in commune rei litterariae bonum adiuuent. Dab. Traiecti ad Viadrum d. XVI. Martii MDCCLXXVII.

I.

Notitiae Poetarum epigrammatographorum, quorum nomina et fragmenta exſtant in *Analectis Veterum Poetarum graecorum*, ab Ill. *Brunckio* Argentorati editis, Pars prima.

Aſclepiades Samius T. I. p. 211. Certum eſt, id quod etiam Fabricius et Reiskius monuerunt, ſub eo nomine plures autores in Anthologia vtraque deliteſcere. Etiam carminis primi inſcriptio in Muſa Stratonis nominat Aſclepiaden Adramytenum; reliqua nudo Aſclepiadae nomine inſcripta, omiſſa patriae mentione hodie leguntur. Nec tamen eſt dubitandum, multa epigrammata eſſe Aſclepiadae Samii Theocrito aequalis, quem Sicelidae nomine ab eo appellatum Idyllio VII. 40. cum Scholiaſte graeco ad illum locum exiſtimant. Sic enim ille: Ἀσκληπιάδην φησὶ τὸν ἐπιγραμματογράφον·

ὥσπερ γὰρ Σιμιχίδαν ἑαυτὸν καλεῖ ὁ Θεόκριτος πατρωνυμικῶς ὡς υἱὸν Σιμιχίδα; καὶ τὸν Εὐμήδην Κρατίδαν υἱὸν ὄντα Κρατίδα, οὕτω καὶ νῦν Σικελίδαν ὀνομάζει τὸν Ἀσκληπιάδην τὸν Σάμιον ὡς υἱὸν Σικελίδα, ὃ δοκεῖ ἀκουστῆς γεγονέναι. Quae quidem ratio nominis licet mihi non admodum probabilis videatur, tamen de re ipſa conſentio. Siceliden Samium nominat etiam Moſchus Idyll. IV. 98. eundemque ſine dubio indigitare voluit eodem nomine Meleager in Corona v. 46. Aetatis argumenta duo tantum deprehendi in carminibus Anthologiae noſtrae; quorum alterum eſt in C. XXXII. quo Berenices, (filiae Ptolemaei Philadelphi, vt recte cenſuit Reiske,) alterum C. XXXIII. quo Cleopatrae ſororis Berenicae meminit. Plura de hoc nomine, quod olim plurimis viris doctis commune fuit, dicere non habeo, quae nempe extra omnem dubitationem poſita in hunc noſtrum Aſclepiaden epigrammatum ſcriptorem conueniant.

Hermodorus T. I. p. 262. Vnicum huius carmen exſtat. In Antholog. Wechel. p. 167. legitur in inſcriptione: *Ἀρίστωνος ἢ Ἑρμοδώρου.* Sed ea controuerſia ſecundum Ariſtonem ex MStorum librorum fide iudicata fuit. Hermodori videtur eſſe fragmentum, quod in Excerptis Stobaei p. 228. Hermodoto tribuitur. Plutarchus in Opuſc. Moral. p. 182. *Ἑρμοδότου δὲ αὐτὸν ἐν τοῖς ποιήμασιν ἡλίου παῖδα γράψαντος, οὐ ταῦτά μοι, ἔφη, σύνοιδεν ὁ λασανοφόρος.*

ποφόρος. Vnde patet eum Antigono Gonatae familiarem fuiſſe, coaeuum Thraſylli Cynici et Antagorae poetae. Scilicet ſcribendum puto Ἑρμοδώρε. Codex Turnebi male Ἑρμοδότε praeferebat. Meminit eius Meleager in Corona.

Antagoras T. I. p. 260. Huius meminit Meleager. Rhodius fuit, et cum Arato poeta familiariter vſus eſt Antigono Gonata, vt tradit Pauſanias pag. 3. quod manifeſtum eſt etiam ex Suida in voce Ἄρατος, Scriptore Vitae Arateae, Plutarcho Opuſc. Moral. p. 319. Athenaeo p. 340. Euſtathio ad Homer. p. 1428. l. 14. ed. Rom. Vixit etiam vna cum Arceſilao. Vide Aeliani V. H. XIV. 26. etc. Apoſtolii Prov. V. 82. Thebaidem ſcripſiſſe eum licet colligere ex Stobaei Sermone 297. p. 934. ed. Wechel. Cf. etiam Stobaeus p. 256. Laudat Antagoram Photius in Lexico Mto. et vocem λακκόπεδον pro natura muliebri ab eo poſitam eſſe memorat.

Philoxenus. Vnicum huius carmen exſtat T. II. p. 58. vnde tamen certiſſimum aetatis indicium facili coniectura contra ac Reiske putabat, deduci poteſt. Eſt illud in Mercurium a Tlepolemo Myrenſi Polycriti filio dedicatum in ſtadio. Hunc vero Tlepolemum memorat *Pauſanias* p. 394. συνέθεσαν δὲ ὕστερον καὶ συνωρίδα πώλων, καὶ πώλων κέλητα — Τληπόλεμον δὲ Λύκιον ἀναγορευθῆναι λέγεσιν ἐπὶ τῷ κέλητι, τἕτον μὲν ἐπὶ τῆς

πρώτης καὶ τριακοστῆς τε καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. Temporis ratio praeclare conuenit in Philoxenum poetam, qui cum Dionyſio ſeniore vixit. Diſcimus etiam ex hoc carmine, quod in Tlepolemi victoriam compoſitum eſt, eum Myris, Lyciae vrbe, oriundum et Polycrito patre natum fuiſſe.

Samius. Duo exſtant eius carmina T. I. p. 485. in eandem ſpoliorum tauri ſeu vri Paeonici dedicationem a Philippo rege factam, quam celebrauit etiam Antipater Sidonius T. II. p. 10. No. 18. Praeclara de hoc Samio poeta primus docuit Reiskius, qui monuit eundem eſſe, qui a Polybio V. p. 499. et p. 1437. Samus dicitur, ſed male. Priore loco Polybius ita: *κατέγραφον δὲ εἰς τοὺς τοίχους καὶ τὸν περιφερόμενον στίχον, ἤδη τότε τῆς ἐπιδεξιότητος τῆς τοῦ Σάμου φυομένης, ὃς ἦν υἱὸς Χρυσογόνου, σύντροφος δὲ τοῦ βασιλέως· ὁ δὲ στίχος ἦν*

ὁρᾷς τὸ Δῖον οὗ βέλος διέπτατο.

quem quidem verſum expreſſum eſſe ex Euripidis Supplic. v. 860. *ὁρᾷς τὸν ἁβρὸν οὗ βέλος διέπτατο*, praeclare vidit Io. Toup. Emend. in Suidam T. III. p. 124. Philippi regis vitia videtur aegre tuliſſe, eiusque odium contraxiſſe, quod ſatis aperte tradit Plutarchus de Diſcrimine p. 53. qui Samium recte appellat. Cf. Reiske Animadv. Vol. II. p. 138. Interfectum denique a Philippo fuiſſe apparet ex Polybio p. 1437. Samii meminit Meleager verſu 14 Coronae.

Phile-

Philetas T. I. p. 189. Appellatur Samius in inſcriptione carminis 712. apud Reiskium. De eo Suidas: Φιλητᾶς Κῶος υἱὸς Τηλέφȣ ὢν ἐπί τε Φιλίππȣ καὶ Ἀλεξάνδρȣ, γραμματικὸς κριτικὸς, ὃς ἰσχνωθεὶς ἐκ τȣ̃ ζητεῖν τὸν καλȣ́μενον ψευδόμενον λόγον ἀπέθανεν. ἐγένετο δὲ καὶ διδάσκαλος τȣ̃ δευτέρȣ Πτολεμαίȣ. ἔγραψεν ἐπιγράμματα καὶ ἐλεγείας καὶ ἄλλα. Scholiaſtes Theocriti ad Idyll. VII. 50. ὁ δὲ Φιλητᾶς Κῶος τὸ γένος ἢ ὡς ἔνιοι Ῥόδιος, ποιητὴς, υἱὸς Τηλέφȣ, vbi Cod. Vaticanus Τηλεφίλȣ praefert. Veram puto lectionem Τηλέφȣ, ſi quidem is eſt Telephus Philetae pater, cuius nomine carmen aliquod inſcripſerat Philetas, vt tradit Apollonii Interpres ad Argonaut. IV. 1141. Suſpicor enim id in mortem patris a Phileta ſcriptum eſſe. Nominat eum Theocritus, cui familiaris fuiſſe dicitur a Scholiaſte; Arati Solenſis aequalis appellatur in Vita Aratea Cap. 2. De patria eius dubitatum fuit; ſed qui cum Samium diceret, neminem adhuc praeter interpretem Theocriti reperire potui. Plutarchus Opuſc. Moral. p. 798. E. Philetam poetam et Prodicum Sophiſtam νέȣς μὲν ἰσχνȣ̀ς δὲ καὶ νοσώδεις καὶ τὰ πολλὰ κλινοπετεῖς fuiſſe refert. De morte Philetae eadem cum Suida tradit Athenaeus IX. p. 401. vbi profertur epigramma in tumulo eius poſitum:

Ξεῖνε Φιλητᾶς εἰμί· λόγων ὁ ψευδόμενός με ὤλεσε, καὶ νυκτῶν φροντίδες ἑσπέριοι.

 Prin-

Princeps elegiae poſt Callimachum dicitur a Quinctiliano, eumque ducem in hoc carmine habuit Propertius, vt ipſe pluribus locis non ſine magna Philetae laude profitetur. Auctoritatem eius adhibet Etymolog. Mag. in voce νη. Gloſſas laudat Etymol. M. v. Περκόννησος et v. ἔλινος. De Philetae ἀτάκτοις ab Athenaeo ſaepius laudatis vide Reineſii V. L. p. 26. Philetam in epigrammate et in παιγνίοις laudat Stobaeus p. 508. ed. Wechel. in Mercurio p. 486. in Cerere p. 510. Praeter ea vide Stephan. Byz. v. Ἴχναι et Φλιοῦς. Dubitatum olim fuit de ſcriptore Ναξιακῶν, quorum carminum alii Callinum, alii Philetam autorem perhibebant, vt docet *Heraclides* grammaticus ap. Euſtath. ad Homer. p. 1885. ex quo manifeſtum eſt apud Tzetzem in Lycophr. p. 633. pro Φιλτέας ἐν τρίτῳ Ναξιακῶν legendum eſſe Φιλητᾶν. Sed Heraclides intelligebat Philetam Epheſium, quem memorat Schol. Ariſtoph. ad Pacem p. 703. ad Aues p. 588. et inde Suidas in voce Βάκις.

Mnaſalcas T. I. p. 190. Sicyonium fuiſſe conſtat ex Athenaeo IV. p. 163. Meminit etiam Meleager, Carmen IV. tantam habet cum altero Aſclepiadae Samii ſimilitudinem, vt definire non liceat, vtrum ex altero ſit expreſſum. Diſcimus praeterea ex Strabone L. IX. p. 632. Mnaſalcam Sicyone ex δήμῳ Plataeis oriundum fuiſſe, vbi refertur etiam initium carminis Theodoridae No. VIII. T. I. p. 43.

qui

qui de poëſi Mnaſalcae cum odii et inimicitiarum ſuſpicione iudicauit. Locus Strabonis a nobis laudatus effugit diligentiam virorum doctorum, qui velut inito certamine Theodoridae carmen emendare atque interpretari inſtituerunt. Vide Koen. ad Gregorium de Dialectis p. 119. et Io. Toup. in Addendis ad Theocritum Wartoni T. II. p. 395. Iudicium de aetate Mnaſalcae totum pendet ex diſputatione, quam deinceps de Theodorida inſtituam.

Theodoridas T. II. p. 41. Hoc nomen fere innumeris locis cum *Theodoro*, *Theodoreto* permutatum a librariis fuit. Nos ea carmina, quae quidem ex MStorum librorum fide ad Theodoridam autorem relata ſunt, peruestigabimus, vt hominis aetatem certis indiciis oppreſſam teneamus. Primum igitur Meleager commemorauit eum in Corona, vbi ait: *τόντε Φιλάκρητον Θεοδωρίδεω ἕρπυλλον.* Cum libri quidam ſcripti *Φαλακραῖον* praeferrent, Reiskius ea lectione abuſus eſt ad Theodoridae patriam indicandum; ſed quoniam iſtam ſcripturam falſam eſſe ſatis conſtat, opinionem Reiskianam omittimus. Heraclitum philoſophum memorat Carm. XVIII. In mortem Mnaſalcae Sicyonii Carmen eſt VIII. In tumulum Euphorionis Carmen IX. ſcriptum eſt, quem quo minus cum Reiskio Chalcidenſem poetam eſſe ſtatuamus, obſtare videtur Suidae locus in Euphorione, vbi Chalcidenſem poetam in Syria ſepultum eſſe tradit; at

vero Theodoridas memorat Euphorionis tumulum apud *longa* illa *crura*, quae Athenas cum Piraeeo iungebant. Quodſi tamen, vt volebat Helladius, Euphorion patria quidem Chalcidenſis fuerit, Athenienſis vero *θέσει*, i. e. ciuitatis donatione, poteſt ſane carmen Theodoridae ita explicari, vt dicamus, ab Athenienſibus exſtructum fuiſſe cenotophium, quo memoriam Euphorionis ciuis ſui honeſtarent. Atque hanc quidem opinionem plane confirmare videtur locus Clementis Alexandrini Stromat. V. p. 678. vbi laudatur Euphorionis *ἀντιγραφὴ πρὸς Θεωρίδαν*, lege *Θεοδωρίδαν*. Eodem modo pluries in ipſis Anthologiae libris ſcriptis nomen iſtud corruptum exſtabat. Hinc igitur conficitur aetatem Theodoridae fere vſque ad Olympiadem 136. pertigiſſe, Euphorionem enim Suidas Olymp. 126. natum eſſe tradit. Neſcio an idem ſit Theodoridas Syracuſanus, cuius verſum hexametrum profert Hegeſander Delphus apud Athenaeum VI. p. 229. ctt. L. VII. p. 302. Scripſerat ille Dithyrambos, ex quibus vnum, *Κενταύρους*, nominat Athenaeus XV. p. 699. Tarentinum videtur facere Pollux Onomaſtic. X. §. 187. (Μολγὸς) *ὅς ἐστι κατὰ τὴν τῶν Ταραντίνων γλῶσσαν βόειος ἀσκός· ὅθεν καὶ Θεοδωρίδας τὸν Ἥφαιστον ἔφη φυσητῆρσι μολγίνοις χρῆσθαι.* Male apud Suidam in voce *Σωτάδης* legi *Θεοδωρᾶν* pro *Θεοδωρίδαν* recte iam monuit Reiskius. Caryſtum

ſtum Χειρωνίαν alicubi appellauerat, quod indicat Stephanus Byzant. h. v. Theodoridae μέλος in Amorem commentariis Dionyſii (τȣ λεπτȣ) explicatum memorat Athenaeus XI. p. 475. Vide nunc, quantum tribuendum ſit coniecturae Reiskii, qui Theodoridam Sicyonium a Philopoemene Olymp. 148. 1. miſſum vna cum Lycorta Polybii parente in legatione ad Ptolemaeum Epiphanem, teſte Polybio in Excerptis Legat. 37. eundem eſſe cum hoc noſtro poeta ſuſpicatus eſt.

Hedylus T. I. p. 483. T. II. p. 526. In Corona Meleagri eſt. Incertum Samius an Athenienſis fuerit ex Athenaeo VII. p. 297. qui filium ait fuiſſe Hedyium hunc Hedylae filiae Moſchinae iamborum poëtriae, cuius ipſius Hedylae carmen aliquod Σκύλλα inſcriptum ibidem laudatur. Certum aetatis indicium habetur in carmine IV. vbi Cteſibium mechanicum memorat, qui ſub Ptolemaeo Philadelpho magna artis fama floruit. Cf. omnino Fabricii B. G. Vol. II. p. 592. Meminit etiam Sicelidae i. e. Aſclepiadae Samii in carmine II. quod inter Paralipomena relatum eſt T. II. p. 526. Conuenit huc inprimis locus Etymologici M. p. 72. l. 15. Ἥδυλος δὲ εἰς τὴν ἐπιγραφὴν Καλλιμάχȣ διὰ δύο λάμβδα ὀνομάζει τȣ̀ς ἀλύτας ἀλλύτας. Fragmentis Hedyli diligenter ab Ill. Brunckio collectis adde locum Strabonis p. 683. ed. Caſaub. ἤδη

ὧν σκοπεῖν πάρεστι τὴν ῥαθυμίαν τοῦ ποιήσαντος τὸ ἐλεγεῖον τοῦτο, οὗ ἀρχή·

Ἱραὶ τῷ Φοίβῳ πολλὸν διὰ κῦμα θέουσαι
ἤλθομεν αἱ ταχιναὶ τόξα φυγοῦσ' ἔλαφοι

εἶθ' Ἡδυλός ἐστιν εἴθ' ὅστις οὖν, φησὶ μὲν ἑρμηθῆναι τὰς ἐλάφους Κωρυκίης ἀπὸ δειράδος ἐκ δὲ Κιλίσσης ἠϊόνος εἰς αὐλὰς διανήξασθαι Κουριάδας, καὶ ἐπιφθέγγεται διότι

μυρίον ἀνδράσι θαῦμα νοεῖν πάρα, πῶς ἀνόδευτον
χεῦμα δι' εἰαρινῶν ἐδράμομεν ζεφύρων.

Alcaeus Meſſenius T. I. p. 486. Carmen XXII. quod refertur a Plutarcho T. II. p. 414. Vit. Parall. eſt in contumeliam Philippi regis a Tito victi Olymp. 145. anno 3. cui reſpondet ille diſticho ſatis virulento, quod ex Plutarcho relatum legitur T. I. p. 492. Ex priore carmine male intellecto Alcaeum poetam epigrammatarium, qui ſub Tito Veſpaſiano vixerit, inſulſe procudit Tzetzes in Praefatione ad Lycophronem, vt olim docui in Periculo Critico p. 98. Alcaeum Comicum Voſſius ad Catullum p. 42. autorem epigrammatis ex Plutarcho poſiti facere maluit; ſed male. Alcaeus Comicus cum Ariſtophanis Pluto prolata in theatrum Paſiphae publice decertauit Archonte Antipatro, vt conſtat ex argumento Pluti Ariſtophanei. Cf. etiam Pollux X. 1. p. 1152. et Euſtath. ad Homer. p. 1571. lin. 43. Duos Alcaeos epigrammatum ſcriptores, Macedonem, alterum Meſſenium, Scaliger ne-

ſcio

ſcio quibus rationibus adductus agnoſcit contra Guiliandum de Papyro p. 8. — Carmine V. Dorotheum Thebanum, muſicum, memorat; Carm. XIX. luget mortem Pyladae hiſtrionis notiſſimi ſub Philippo et Philopoemene, vt conſtat ex Plutarcho in Philopoem. p. 362. ed. Francof. et Pauſania in Arcadicis p. 701. Titum Flaminium iterum nominat Carm. XVI. Clitomachum Thebanum Hermocratis filium Iſthmionicen laudat Carm. IX. quem Pauſanias Eliac. II. cap. 15. viciſſe ait Olympia Olympiade 142. Philippum regem acerbe ſed vere dicit *Ὀινοχάροντα μονόμματον* Carm. XV. quod bene conuenit cum iis, quae de veneficiis Philippi inter epulas refert Pauſanias in Achaicis p. 540. Carmen XIII. in Macynum Aetolorum vrbem a Philippo captam, expreſſit Alpheus Mitylenaeus, omiſſo tamen Macyni nomine, No. VII. T. II. p. 129. Auctor carminis VIII. in Codice Palatino *Μιτυληναῖος* ſed recentiore manu inſcriptus appellatur. Carmen XXI. in libro Salmaſii hanc inſcriptionem habebat: *Ἀλκαίȣ Μιτυληναίȣ — τȣ̃το τὸ ἐπίγραμμα ὁ Κεφαλᾶς προεβάλλετο ἐν τῇ σχολῇ τῆς νέας ἐκκλησίας ἐπὶ τȣ̃ μακαρίȣ Γρηγορίȣ τȣ̃ μαγίστρȣ.* Sed Alcaeo Mitylenaeo nihil omnino commune fuit cum hoc noſtro praeter odium tyrannidis, quod carminibus acerbiſſimis in Pittacum et Myrſilum effudit. Carmen IV. vulgo male *Σηκαίω* inſcriptum legebatur in editione Wecheliana

p. 624.

p. 624. Philippi crudelitatem accuſat Carm. XIV. quod Aratum per Taurionem venenato potu interfecerat: *ὅσπερ ἑταιρείοιο παρὰ κρητῆρι φόνειο γεύσατ' ἐν ἀκρήτῳ φάρμακα χευάμενος.* Alloquitur ibidem Lenaeum: *πίομαι· ὡς ὄφελον καὶ ἔγκαρον ἐχθροῦ ἀράξας βρέγμα Φιλιππείης ἐξέπιον κεφαλῆς.* Vbi animaduertendum eſt *ἔγκαρον* pro cerebro dici, vt factum eſt etiam a Lycophrone v. 1104. Apparet enim vtrumque Homericum *ἐν Καρὸς αἴσῃ* Iliad. I. 378. ita interpretatum eſſe, quaſi legeretur *ἔγκαρος αἴσῃ*, quod deinde paullum inflexa voce *ἔγκαρον* i. e. cerebrum dixerunt. Bene hac de re admonuit vetus Homeri Scholiaſtes, quem manu ſcriptum habebat Spanhemius, cuius de Alcaeo hoc locum praeclare tractauit Hemſterhuſius ad Ariſtoph. Plutum p. 8. Non ſpernenda eſt Reiskii coniectura, qui Alcaeum hunc noſtrum eſſe putabat, de quo Polybius Legat. 122. vbi loquitur de Iſocrate grammatico et declamatore inepto; qui anno 2. Olympiadis 155. cum Leptine legatus a Demetrio rege Romam erat: *φύσει δὲ ὢν λάλος καὶ πέρπερος καὶ κατακορὴς, προσέκοπτε μὲν καὶ τοῖς Ἕλλησι· ἅτε καὶ τῶν περὶ Ἀλκαῖον ἐν ταῖς συγκρίσεσιν ἐπιδεξίως σκωπτόντων αὐτὸν καὶ διαχλευαζόντων.* Neque demum quidquam obſtat, quin ex coniectura Reiskii idem ſit Alcaeus Epicureus, quem cum multis Epicuri aſſectatoribus Roma eiectum SCto memorat Athenaeus XII. p. 547.

Aelia-

Aelianus V. H. IX. 12. (quod factum eſt vel A. V. C. 599. vel 580. CSS. L. Poſtumio Albino et M. Popilio Laena, id eſt Olympiade 149. quam poſteriorem rationem ſequitur Perizonius ad Aelianum p. 593.) inprimis ſi cogites eodem tempore plurimos Epicureae voluptatis doctores publico decreto a Meſſeniis patria fuiſſe eiectos, vt praeter Athenaeum et Aelianum narrat Suidas in voce Ἐπίκουρος. — Diuerſus eſt Alcaeus Sardianus, aequalis Mithridati, ap. Plutarchum in Vita Pompeii, pag. 462.

Cn. Lentulus Gaetulicus T. II. p. 166. In hoc poeta Reiske lectoris ſpem plane deſtituit: pleraque enim, quae de Gaetulico tradidit, falſa ſunt. Fuit igitur Cn. Lentulus, qui conſulatum cum L. Calpurnio Piſone A. V. C. 752. geſſit, et ex triumpho de Gaetulis relato, cognomen Gaetulici traxit. Mortuus is eſt A. V. C. 758. vna cum L. Domitio CSS. Cornelio Caſſio et Aſinio Agrippa. Anno ſequente filius eius Cn. Lentulus Gaetulicus cum C. Caluiſio Sabino conſulatum geſſit; deinde pro conſule in Germaniam ſuperiorem abiit, vbi exercitui per decem annos praefuit. Mirum amorem aſſecutus erat, effuſae clementiae, modicus ſeueritate, et proximo quoque exercitui per L. Apronium non ingratus, vt de eo Tacitus VI. 30. Ideo ſuſpectus erat Caligulae, qui eum ſucceſſore Galba miſſo, (cf. Sueton. c. 6.) occidi iuſſit. Suetonius in Claudio

Claudio c. 9. de coniuratione Lepidi et Gaetulici in Caligulam detecta loquitur, cui aſſentitur vetus Inſcriptio ap. Gruterum p. 117. ſed Dio ſimpliciter haec de morte Gaetulici memorat L. 59. p. 926. *Γαιτυλικὸν Λέντυλον τά τε ἄλλα εὐδόκιμον ὄντα, καὶ τῆς Γερμανίας δέκα ἔτεσιν ἄρξαντα ἀπέκτεινεν ὅτι τοῖς στρατιώταις ᾠκείωτο.* De eo eſt etiam apud Senecam N. Q. L. IV. Praefat. Huic igitur Lentulo veteres auctores tribuunt hiſtoriarum libros. Ita Suetonius in Caligula c. 8. Cn. Lentulus Gaetulicus Tiburi genitum ſcribit — Gaetulicum refellit Plinius, quaſi mentitum per adulationem. Sidonius Apollinaris L. II. Ep. 10. Gaetulicum Caeſenniam puellam amaſſe tradit; et Carmine 9. Non Gaetulicus hic tibi legetur. Martialis in Praefatione libri primi, laſciuam, inquit, verborum veritatem, id eſt epigrammatum linguam excuſarem, ſi meum eſſet exemplum. Sic ſcribit Catullus, ſic Marſus, ſic Pedo, ſic Gaetulicus, ſic quicunque perlegitur. Denique Plinius epigrammata Gaetulici laudat L. V. Ep. 3. Facile hinc iudicari poteſt, quo iure carmina graeca, quae admodum pauca hodie in Anthologia cum inſcripto Gaetulici nomine leguntur, ad Cn. Lentulum Gaetulicum referantur, quem hiſtoriam et epigrammata ſcripſiſſe teſtimoniis veterum allatis confirmauimus; neque enim vllum aetatis indicium ſatis certum in ipſis Gaetulici carminibus adhuc deprehendere potui.

Diodo-

Diodorus Zonas. Sardianus T. II. pag. 80. Meminit Philippus in Corona ſua, ita tamen, vt diuerſos poetas Zonam et Diodorum faceret: *Κισσὸς δ᾽ Αὐτομέδων, Ζωνᾶς κρίνα, δρῦς δὲ Βιάνωρ, Ἀντίγονος δ᾽ ἐλάη, καὶ Διόδωρος ἴον.* Qua de re poſtea dicemus. Primum de inſcriptionibus carminum videbimus. Diodorus grammaticus appellatur in titulo carm. XXXVI. Ienſianorum, quod ad Diodorum iuniorem a *Brunckio* relatum eſt T. II. p. 187. Diodorus Sardianus Diopithis filius in Antholog. Wechel. p. 51. nominatur, vnde carmen illud ad Diodorum iuniorem relatum eſt in Analect. T. II. p. 186. ſed Codex Palatinus verba *τοῦ Διοπείθους* plane omittit. Zonas ſimpliciter appellatur in inſcriptione Carm. 409. Cephal. (Analect. T. II. p. 80.) iterum Carm. 771. *Ζωνᾶς ὁ Σαρδιανὸς ὁ καὶ Ζωνᾶς* in Inſcriptione Carm. 593. (Analect. T. II. p. 81.) *Ζωνᾶς* corrupte dicitur in Anthol. Wechel. p. 368. Alibi Diodorus ſimpliciter appellatur. De hac nominum varietate ita Reiske diſputauit, vt doceret Zonae nomine Diodorum Sardianum ſeniorem, rhetorem, bello Mithridatico clarum; Diodori vero nudo nomine Sardianum rhetorem iuniorem, Strabonis aequalem, qui vtrumque collaudat L. XIII. p. 931. vbi de claris viris Sardianis: *ἄνδρες ἀξιόλογοι γεγόνασι τοῦ αὐτοῦ γένους Διόδωροι δύο, οἱ ῥήτορες, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐκαλεῖτο Ζωνᾶς, ἀνὴρ πολλοὺς ἀγῶνας ἠγωνισμένος ὑπὲρ τῆς Ἀσίας· κατὰ δὲ τὴν* Μιθρι-

Μιθριδάτου τοῦ βασιλέως ἔφοδον αἰτίαν ἐσχηκὼς ὡς ἀφιστὰς παρ' αὐτοῦ τὰς πόλεις, ἀπελύσατο τὰς διαβολὰς ἀπολογησάμενος. τοῦ δὲ νεωτέρου φίλου ἡμῖν γενομένου καὶ ἱστορικὰ συγγράμματα ἔστι καὶ μέλη καὶ ἄλλα ποιήματα τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ἐμφαίνοντα ἱκανῶς. Diodori ſenioris carmina T. II. p. 80. nullis plane temporis indiciis inſignita ſunt, cum iunior contra multis aetatis ſuae veſtigiis epigrammata impreſſerit, ex quibus nominabo C. VI. quo Tiberium compellat, qui tum ex inſula Rhodo Romam redierat. Carmine III. memorat imaginem aliquam a Satureio effictam ex cryſtallo in gratiam Arſinoae reginae. Diodori Grammatici quae dicuntur carmina, malim eidem Sardiano rhetori iuniori tribuere, quam cum Reiskio, tertium Tarſenſem grammaticum aſſumere, quem Strabonis aetatis praeceſſiſſe conſtat ipſius teſtimonio l. c. p. 992. Meminerunt Diodori grammatici Erotianus in Gloſſario v. Κάμμορος, Heſychius v. Διαγόρας, ſed eo loco forte rectius ex Schol. Ariſtoph. ad Ranas v. 323. Apollodorum Tarſenſem repoſueris. Cetera dabunt Fabricii B. G. Vol. II. p. 773. et Bandinii Catalog. Biblioth. Mediceae T. II. p. 607.

Bianor Bithynus. T. II. p. 154. Meminit eius Philippus in Corona. Inſcriptio Carminis XVII. in libro Salmaſii habet Βιάνορος Γραμματικοῦ. Ex carmine XII. quo Sardes terrae motu euerſas luget, apparet eum vixiſſe ſub Tiberio,

Tiberio, quo regnante ciuitati clariſſimae infortunium illud accidit. Cf. Spanheim ad Callimach. in Delum v. 101. Philoſtratum p. 744. Tacitum Annal. II. 47. ibique Lipſium, denique Gatakerum ad Antoninum IV. 48. p. 172. Atque hoc quidem vnicum aetatis indicium in Bianoris carminibus ſupereſſe putat Reiske; mihi tamen paullo attentius perlegenti fragmenta Bianoris plura occurrerunt argumenta, quibus ſententia ſupra poſita confirmari poſſit. Nimirum carmen III. expreſſum eſt cum nomine Critonis ex Apollonide T. II. p. 138. No. XXV. ſed omiſſa mentione patriae Pialae, Theſſaliae ciuitatis, atque item Carmen X. ſumtum eſt ex eiusdem Apollonidae Carm. XXI. Memorabile etiam eſt C. XIII. quo ſepulcrum Euripidis fulmine tactum narratur, quod legitur etiam ap. Plutarch. in Lycurgo p. 59. B.

Boëthus T. II. p. 127. Vnicum eius carmen exſtat, quo Pyladem pantomimum clariſſimum ſub Auguſto laudat; ibi liber Salmaſii inſcriptum habet: *Βοηθȣ̃ τȣ̃ ἐλεγειογράφȣ.* Eſt ergo Boëthus Tarſenſis, poeta, de quo Strabo XIV. p. 675. *Βοηθȣ̃ κακȣ̃ μὲν ποιητȣ̃, κακȣ̃ δὲ πολίτȣ — ἐπῆρε δι' αὐτὸν καὶ Ἀντώνιος καταρχὰς ἀποδεξάμενος τὸ γραφὲν εἰς τὴν ἐν Φιλίπποις νίκην ἔπος.* vnde cognoſcimus praeter epigrammata Boëthum carmen in victoriam Philippenſem ſcripſiſſe.

II. Sup-

II.

Supplementum Commentariorum Euſtathii ad verſum 882. ſeqq. Periegeſeos Dionyſii deſcriptum ex Codice Regio Pariſienſi No. 2218. qui praeter Lycophronis Caſſandram cum commentario Tzetzae multum caſtigatiore quam editus exſtat, Oppianum de Venatione et plures Porphyrii libros, habet etiam Dionyſii Periegeſin cum commentariis Euſtathii in membrana vetuſta ſcriptam. Paraphraſis graeca non modo nullis lacunis interrupta legitur, vt in libris editis, ſed ſaepius etiam tantum differt oratione et vocabulis, vt plane noua videri poſſit.

Ὅτι τὰς χώρας γαίας λέγει ἐν τῷ γαιάων Ἀσίης καὶ παρακατιών φησι γαῖαν ἑκάστην ἢ χῶραν· οὕτω δὲ ποιεῖ καὶ Ὅμηρος ἐν τῷ οὐδέ τις ἐφαίνετο γαῖα. αὐτὴ μέντοι ἡ γῆ τὸ στοιχεῖον οὐ πληθύνεται διὰ τὸ μοναδικόν. ὅτι ἐπιστρέφων τὸν ἀκροατὴν εἰς προσοχὴν λέγει. ὁ δὲ λόγος ἔστω σοὶ ἐν φρεσὶ, μηδ᾽ ἀνέμοις φορέοιτο, καὶ οἷον ἀνεμώλιος εἴη, καὶ ὑπὸ ἀρπυίαις

πυίαις γένοιτο ἡ τῶν πονηθέντων ἔργων χάρις· εἶτα ἐπάγει καὶ ὧδε τὸ χρήσιμον τοῦ προσέχειν τῇ περιηγήσει, τὸ ἔχειν δηλαδὴ τὸν ἀκροατὴν ἐπιστημόνως καὶ ἄλλοις ἀγορεύειν ποταμῶν πόλεών τε θέσιν καὶ γαῖαν ἑκάστην. ἐφ' οἷς ἑαυτὸν συνιστῶν κατ' ἰδέαν λαμπρότητος ὡς εὖ περιηγούμενόν φησιν ὅτι κἄν τις ἔμοιγε ὡς ψευδομένῳ ἐπιδρομήσεται, ὅτι τὸ ἐν ἀρχῇ λόγου καὶ πρὸ ὀλίγου ἐν πρώτοις λέγει, φησὶ γοῦν οἶσθα ἐμοῦ ἐν πρώτοις ἀκούσας· ὅτι πλευρὰν εἰπὼν θηλυκῶς καὶ πλευρὸν οὐδετέρως· λέγει καὶ πέζαν τὴν αὐτὴν πλευρὰν ἀπορῶν ἑτέρου καιρίου ὀνόματος. τὴν δ' αὐτὴν καὶ κρηπῖδα ἔφη ἐν τοῖς πρὸ τούτου· ἔστι δὲ πλευρὰ γραμματικὴ ἐν σχήματι ἀγώνιος. Οτι τὴν Κοίλην Συρίαν ἐπώνυμον οὕτω καλεῖσθαι φησὶ, τουτέστι κοίλην φερωνύμως λέγεσθαι, διότι αὐτὴν μέσην καὶ χθαμαλὴν κειμένην ἔχουσιν ὄρη μεγάλα δύο, τότε ἑσπέριον Κάσιον πρὸς τῇ θαλάσσῃ κείμενον, καὶ ὁ ἠῷος Λιβανὸς ὑφ' ὧν περιέχεται· οὕτω καὶ Ομηρος τὴν Λακεδαίμονα κοίλην λέγει διὰ τὸ περιειλῆφθαι κύκλωθεν ὄρεσι· ὁ μέντοι Γεωγράφος οὕτω φησί· Λίβανος καὶ Αντιλίβανος ὄρη δύο ὡς ἂν παράλληλα τοιαῦτα τὴν κοίλην καλουμένην Συρίαν τελευτῶντα ἐγγὺς τῶν ἀραβικῶν ὀρῶν τῶν ὑπὲρ τῆς Δαμασκηνῆς χώρας, εἰς ἄλλα ὄρη γεώλοφα καὶ καλλίκαρπα μικρὸν ὕπερθε τῆς θαλάσσης ἀρχόμενα. Λίβανος μὲν τῆς κατὰ Τρίπολιν, Αντιλίβανος δὲ τῆς κατὰ Σιδόνα, καὶ ὁ μὲν Γεωγράφος ταῦτα. Ο δὲ Διονύσιος

σιος τὴν κοίλην Συρίαν καὶ πολύπολιν λέγει καὶ πολλὰς ὀλβίους ἄνδρας ἔχουσαν, καὶ χρᾶται ἐπαναλήψει, καὶ ἐπ' αὐτῆς εἰπὼν ἐς νότον ἕρπει, ἐς νότον ἀντολίηντε. Ὁ δὲ Γεωγράφος λέγει καὶ ὅτι πᾶσα ἡ ὑπὲρ Σελευκίδα καὶ Ἀῤῥαβίαν ἀνίσχουσα χώρα κοίλη Συρία λέγεται, ἰδίως δὲ ἡ τῷ Λιβάνῳ καὶ Ἀντιλιβάνῳ ἀφωρισμένη, Συρία δὲ ἀπὸ Σύρου κέκληται· φασὶ γὰρ ὅτι Λιβύης υἱὸς ὁ Ἀγήνωρ, οὗ καὶ Τυροῦς Φοῖνιξ καὶ Σύρος καὶ Κίλιξ, ἀφ' ὧν ἡ χώρα, καὶ Κάδμος οὗπερ οἱ Καδμεῖοι ἐπώνυμοι. Ὅτι τῆς κοίλης Συρίας ἡ μὲν ἐπὶ ἠπείρῳ ἤγουν οἱ Ἠπειρωτικοὶ, αὐτὸ τοῦτο Σύριοι τουτέσι Σύροι καλοῦνται, οἱ δὲ περὶ θάλασσαν Σύριοι ὄντες καὶ αὐτοὶ, ὅμως καὶ Φοινικές εἰσι τὴν ἐπωνυμίαν γένος Ἐρυθραῖοι. Λέγει δὲ καὶ Ἡρόδοτος τούτους ἐκ τῆς ἐρυθρῆς καλουμένης θαλάσσης ὑπερβάντας οἰκεῖν τῆς Συρίας τὰ περὶ θάλασσαν, καὶ τοῦτο τὸ χωρίον μέχρι Αἰγύπτου Παλαιςίνην καλεῖσθαι· ὅθεν καὶ δοκοῦσιν, ὡς καὶ ὁ Διονύσιος παραδηλοῖ, ἐπωνύμως ἤτοι φερωνύμως οὕτω λέγεσθαι, ὡς ταὐτὸν ὂν Φοίνικάς τε καὶ Ἐρυθραίους εἰπεῖν, ὥσπερ καὶ φοινικοῦν χρῶμα καὶ ἐρυθρόν. Καὶ μὴν ἄλλοι Φοίνικας αὐτοὺς καλεῖσθαι φασὶν ἀπὸ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος ὡς εἴρηται ἤδη· λέγεται δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς Φοινίκη πᾶσα ἡ ἀπὸ Ὀρθοσίας μέχρι Πηλουσίου παραλία ςενὴ καὶ ἀλιτενής. Ἰςέον δὲ ὅτι ἡ κοίλη Συρίη πρὸς ἀντιδιαςολὴν ἑτέρας λέγεται· διὸ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ὁ Διονύσιος ἐρεῖ, ὅτι τὴν κοίλην Συρίαν διαδέχεται

χεται ἡ ἑτέρα Συρία ἑλκομένη μέχρι Σινώπης, ὅπου, ὡς προγέγραπται, τοὺς Ασσυρίους εἶναί φασιν. Ορα δὲ ὅτι ὥσπερ τοὺς τῆς Φρυγίας κατοίκους οὐ μόνον Φρύγας, ἀλλὰ καὶ Φρυγίους ἄνδρας φαμὲν, ὅθεν καὶ ἄστυ Φρύγιον, καὶ τοὺς ἐν Λυδίᾳ Λυδοὺς καὶ Λυδίους, καὶ τοὺς ἐν Αῤῥαβίᾳ Αῤῥαβας καὶ Αῤῥαβίους, οὕτως καὶ τοὺς τῆς Συρίας Συριούς τε καὶ Σύρους λέγομεν· τοῦ δὲ Σύρος ἐστὶ καὶ θηλυκὸν εἰς ρα· λέγεται γὰρ ἡ Σύρα γλῶσσα. Οτι Φοίνικες πρῶτοι νηυσὶν ἐπειρήσαντο θαλάσσης, καθὰ δηλοῖ καὶ Ομηρος ναυτικωτάτους αὐτοὺς ἱστορῶν· πρῶτοι δὲ τῆς κατὰ θάλασσαν ἐμπορίας ἐμνήσαντο, καὶ βαθὺν οὐρανίων ἀστέρων πόρον ἐφράσαντο, οὐχ ὅτι αὐτοὶ τὸν οὐρανὸν πόλοις ὅ ἐστι κύκλοις ἔτεμον· τοῦτο γὰρ Αιγυπτίων εὕρεμα ὡς προείρηται δι' ἀστρονομίας, ἀλλ' ὅτι τοῖς ἠστροθετημένοις ἤδη καὶ παρ' Αιγυπτίων ἠστρολογημένοις προσέσχον δι' ἐμπορίας οἱ Φοίνικες. ναυτικώτατοι δὲ Φοίνικες Σιδώνιοι. Ο δὲ Γεωγράφος οὕτω περὶ τούτων φησί· ὥσπερ Αιγυπτίων εὕρεμα ἡ γεωμετρία ἐκ τῆς χωρογραφίας, ἣν ὁ Νεῖλος ἐργάζεται, συγχέων τοὺς τῆς γῆς ὅρους ἐν ταῖς ἀναβάσεσιν, οὕτως ἐκ Φοινίκων εἰς Ελληνας ἡ ἀστρονομία ἥκειν πεπίστευται καὶ ἡ ἀριθμητική· φιλόσοφοι γὰρ περὶ ἀστρονομίαν καὶ ἀριθμητικὴν οἱ Σιδώνιοι ὡς ἐμπορικοὶ καὶ ναύκληροι, ἀπολογιστικῆς καὶ νυκτιπλοΐας ἀρξάμενοι, τουτέστιν ὡς λογαριάζοντες μετὰ τοὺς φόρτους· ἄστροις δὲ σημαινόμενοι τὸν ἐν νυκτὶ πλοῦν, ἀρχὴν ἐντεῦθεν ἔσχον εἰς ἀστρονομίαν καὶ

ἀριθμητικήν. Ἀῤῥιανὸς δὲ ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρε φησὶν, ὅτι Φοίνικες μὲν πρὸς τὴν ὀλίγην ἄρκτον μελετῶσι τὰς πορείας, οἱ δὲ ἄλλοι ἄνθρωποι πρὸς τὴν μείζω· λέγει δὲ ἐκεῖνος, ὀλίγην μὲν τὴν κυνόσερον, μεγάλην δὲ τὴν Ἑλίκην, ἀφ᾽ ἧς καὶ οἱ Ἀχαιοὶ ἑλίκωπες ὥς τινες οἴονται. Ἡρόδοτος δὲ ςοχάζεται καὶ τὰ γράμματα μὴ ὄντα πρὸς τοῖς Ἕλλησιν ἐκεῖθεν παραδοθῆναι ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμε εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐλθόντων Φοινίκων, ὅθεν καὶ Φοινίκια καλεῖσθαι. Ὅτι πόλις Φοινίκης Ἰόππη κληθεῖσα ἔτως ἢ ἀπὸ τῆς Ἰες, ἢ ἀπὸ Ἰόππης θυγατέροι μὲν Αἰόλε, γυναικὸς δὲ Κηφέως, ἀφ᾽ ὃ καὶ Κηφῆνες οἱ Αἰγύπτιοι. Ὅτι Γάζα παλαὶ μὲν Φοινίκης νυνὶ Παλαιςίνων. ἐκλήθη δέ ποτε καὶ Ἄζα καὶ ἀπὸ Ἄζωνος υἱε Ἡρακλέος, ἢ ὅτι Ζεὺς κλίσας αὐτὴν ἀπέλιπεν αὐτόθι τὴν ἑαυτε ἄζαν· καλεσι δὲ ἔτως οἱ Πέρσαι τὰ χρήματα. Ὅτι Ἐλαῒς πόλις Φοινίκης ἔτω λέγεται διὰ τὸ ἐλαιοφόρον εἶναι. Ὅτι νῆσός ποτε ἦν ἡ Τύρος, ὡς καὶ Ἀῤῥιανὸς λέγει· Τύρος ἡ τότε ἔτι νῆσος· ὠνόμαςαι δὲ ἀπὸ Τύρε τε Φοίνικος, ἢ ἀπὸ γυναικὸς Τυρες, ἧς καὶ Ἀγήνορος ἡ Εὐρώπη, ἧς καὶ ἡ χώρα ἐπώνυμος. συνῆπται δὲ ἡ Τύρος χώματι πρὸς τὴν ἤπειρον, ὃ κατεσκεύασε πολιορκῶν Ἀλέξανδρος, ὅτε κατὰ ἐνύπνιον Σάτυρος ὁραθεὶς ἐχρησηρίασε τῷ βασιλεῖ κατὰ ὀνειρε λοξότητα ὅτι σὰ Τύρος, τετέςι σὴ δωρικῶς, καὶ ὑπὸ τὴν σὴν ἐξεσίαν ἡ Τύρος. τιμῶσι δὲ τὸν Ἡρακλέα ὑπερβαλλόντως οἱ Τύριοι, καί εἰσι πολύτεχνοι,

καὶ

καὶ κατὰ τοὺς Σιδωνίους καλλίτεχνοι. ἔστι δὲ Φασι καὶ πορφύρα καλλίστη ἡ Τυρία. Ο δὲ Γεωγράφος φησὶ καὶ ὅτι μεγίστη δὲ μετὰ Σιδῶνα ἡ Τύρος, καὶ ὅτι ἀρχαιοτάτη, καὶ δύο λιμένας ἔχει, τὸν μὲν κλειστὸν, τὸν δὲ ἀνειμένον, καὶ ὅτι πολυστέγους οἰκίας ἔχει, καὶ ὅτι σεισμοί ποτε γενόμενοι μικρὸν ἀπέλιπον τοῦ ἄρδην αὐτὴν ἀφανίσαι· καὶ ὅτι ἀτυχήσασα ἐν τῇ ὑπὸ τοῦ Αλεξάνδρου πολιορκίᾳ, ὅμως ὕστερον ἑαυτὴν ἀνέλαβε διὰ τῆς ναυτιλίας, καθ' ἣν ὑπερτεροῦσι πάντων οἱ Φοίνικες. Εστι δὲ καὶ περὶ τὸν Περσικὸν κόλπον νῆσος Τύρος ὥσπερ καὶ Αραδος. λέγεται δὲ καὶ ὅτι ἱερὸν ἐν τῇ Τύρῳ Ηρακλέος ἦν πλουσίως ἐσκευασμένον, καὶ στῆλαι δύο κατὰ τὸν Ηρόδοτον, ἡ μὲν χρυσοῦ ἀπέφθου, ἡ δὲ σμαράγδου λίθου λάμποντος τὴν νύκτα. Οτι τὰς περὶ Φοινίκην πόλεις μετ' ἐπιθέτων ἐκφράζει οἷα εὐπόρως ἔχων τοῦ ὀνομάζειν· λέγει γὰρ Τύρον ὠγυγίην, Βηρυτὸν ἐρατεινὴν, Βύβλον ἀγχίαλον, Σιδῶνα ἀνθεμόεσσαν, Τρίπολιν λιπαρὴν· περὶ μὲν οὖν τῆς Τύρου εἴρηται τὸ ἀρκοῦν. Η δὲ Σιδὼν περὶ ἣν χαρίεντα λέγει ποταμὸν ῥέειν τὸν Βοστρηνὸν, πολυτέχνους ἔχει πολίτας καὶ καλλιτέχνους. ὅτι δὲ τοιοῦτοι εἰσὶν οἱ Σιδώνιοι δηλοῦσι καὶ οἱ παρὰ τῷ ποιητῇ παμποίκιλοι πέπλοι Σιδωνίων ἔργα γυναικῶν, καὶ ὁ τοῦ Εὔνεω κρατὴρ, ὃς κάλλει ἐνίκα πᾶσαν ἐπ' αἶαν. Τούτους τοὺς Σιδωνίους ἀποίκους εἶναί τινές Φασι Σιδωνίων τῶν ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ· οἱ δὲ παλαιοὶ ἐναντιολογίας ἱστοριῶν αἰτιῶνται ἐνταῦθα. Οι μὲν γὰρ τοὺς καθ' ἡμᾶς Φοίνι-

Φοίνικάς τε καὶ Σιδωνίους ἀποίκους φασὶ τῶν πρὸς τῷ Ὠκεανῷ Σιδωνίων τε καὶ Φοινίκων, προσιθέντες καὶ διὰ τί Φοίνικες λέγονται. γράφεται δὲ καὶ Φοίνικες διότι φασὶ καὶ ἡ θάλασσα ἐρυθρά, ὡς ταὐτὸν ὂν φοίνικας εἰπεῖν καὶ ἐρυθρούς· οἱ δὲ ἀνάπαλιν ἀποίκους ἐκείνους τούτων τῶν καθ' ἡμᾶς ἱστόρησαν. Περὶ δὲ τῆς Σιδῶνος ταύτης τῆς περὶ τὴν Συριακὴν Φοινίκην φέρεται ἱστορία, ὅτι θυγάτηρ Ἰοῦς ἡ Λιβύη, ταύτης δὲ καὶ Ποσειδῶνος Ἀγήνωρ καὶ Βῆλος καὶ Ἐνυάλιος. Βήλου δὲ Σίδη καὶ Αἴγυπτος καὶ Δαναός, ὧν τῆς Σίδης μὲν παρώνυμος ἡ Σιδὼν τῆς Αἰγύπτου, τοῦ Αἰγύπτου δὲ ὁμώνυμος ἡ χώρα· ἐκ Δαναοῦ δὲ οἱ Ἕλληνες Δαναοί. Προείρηται δέ που καὶ ὅτι ὁ Διονύσιος Ὁμήρῳ ἀκολουθῶν τῆς Σιδῶνος τὴν μὲν ἀρχοῦσαν ἐκλείνει, τὸ δὲ ὁ τῶν πλαγίων συστέλλει, κἂν οἱ ὕστερον αὐτοὶ διαφοροῦντες ἐκλείνωσιν. Ὅτι δὲ καὶ σοφοὶ τὰ εἰς ἀστρονομίαν καὶ ἀριθμητικὴν οἱ Σιδώνιοι, ὡς καὶ ἐμπορικοὶ καὶ ναυκληρικοί, ἀνωτέρω εἴρηται· λέγεται δὲ καὶ ψάμμος ὑαλῖτις εἶναι τοῖς Σιδωνίοις ἐπιτηδεία εἰς χύσιν· ἡ δὲ Βηρυτὸς κλίσμα ἐστὶ Κρόνου, ἐκ μικρᾶς μεγάλη γενομένη καὶ ἰσχυρά· διὸ καὶ οὕτως ἐκλήθη. Βηρυτοὶ γὰρ τὴν ἰσχὺν οἱ Φοίνικες λέγουσιν. Οἱ δὲ φασι διὰ τὸ εὔυδρον οὕτω κληθῆναι αὐτήν, Βὴρ γὰρ παρὰ τοῖς ἐκεῖ τὸ φρέαρ καλεῖται· φασὶ δὲ αὐτὴν ὑπὸ τοῦ τυράννου Τρύφωνος κατασπασθεῖσαν ἀναληφθεῖναι ὑπὸ Ῥωμαίων, ἤτοι ἀνασῆναι καὶ καινισθῆναι. Ὀξύνεται δὲ τὸ Βηρυτός, ὡς περισύλλα-

σύλλαβον, καθὰ καὶ τὸ Κωκυτὸς, καὶ γωρυτὸς, καὶ μακρὸν ἔχει τὸ υ παρὰ Διονυσίῳ. Η δὲ Βύβλος κλίσμα καὶ αὕτη Κρόνου, Αδώνιδος ἱερὰ Κινύρου βασίλειον ἀρχαιότατον ἀπὸ Βύβλου τινὸς στρατηγοῦ, ἢ ἀπὸ Βύβλου γυναικὸς οὕτω κληθεῖσα, ἢ διὰ τὸ πᾶσαν ἀρχαίας βύβλου κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὴν φυλακὴν ἀσινέα ἐν αὐτῇ γενέσθαι, ἢ καὶ διότι Ισις τὸν Οσιριν κλαίουσα ἐκεῖ * τὸ τῆς κεφαλῆς διάδημα ἐκ βύβλου ἦν αἰγυπτίας· φυτὸν δὲ ἡ βύβλος κατὰ τοὺς παλαιοὺς φυόμενον ἐν τοῖς αἰγυπτιακοῖς ἕλεσι, ῥάβδος, ὥς φασιν ἐκεῖνοι, ἐπ' ἄκρῳ χαίτην ἔχουσα, φυομένη πολλὴ καὶ ἐν τοῖς κάτω μέρεσι τοῦ Δέλτα, ἧς κρείττων φασὶν ἡ λεγομένη ἱερατική· τῆς δὲ βύβλου τὸ κάτω ὅσον ἐπὶ πῆχυν τρώγεται, ὥς φησιν Ηρόδοτος, πνιγὲν μάλιστα ἐν κλιβάνῳ διαφανεῖ· ζητητέον δὲ μήποτε ἀπὸ τῆς τοιαύτης βύβλου ὡς πεφυκυίας ὑφαίνεσθαι ἢ πλέκεσθαι, ἢ ἄλλως πως συντίθεσθαι, καὶ αἱ τῶν γραμμάτων φύλακες πτύχες βύβλοι ἐλέγονται, διὰ τὸ τυχὸν ἐκ τοῦ τοιούτου φυτοῦ τὰς τοιαύτας τότε κατασκευάζεσθαι, καὶ ἡ κλῆσις παρέμεινε καὶ εἰς ἡμᾶς ἐναλλαγέντες τοῦ ῡ εἰς τὸ συγγενὲς δίχρονον. ἐγένοντο δὲ καὶ πέδιλα ἐκ φυτοῦ τῆς βύβλου· οἱ γοῦν Αιγύπτιοι ἱερεῖς βύβλινα λέγονταί ποτε φορεῖν ὑποδήματα καὶ πλοίων δὲ ναυπηγουμένων ἁρμονίαι βύβλῳ παρεβύοντο. καὶ ἱστία δὲ πλοίων ἐγένοντο βύβλινα, καὶ τὴν ἐν Αβύδῳ δὲ τοῦ Ξέρξου γέφυραν, ὡς Ηρόδοτός φησιν, Φοίνικες μὲν λευκολίνῳ

ἐγεφύρουν, Αἰγύπτιοι δὲ βύβλῳ· Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἐν τοῖς περὶ ἀττικῶν λέξεων ὑπογράφει σαφέστερον τὴν τοῦ φυτοῦ φύσιν τῆς βύβλου, ἔνθα περὶ φιλύρας φησὶν, ὅτι φυτὸν ἡ φιλύρα φλοιὸν ἔχον βύβλου, παπύρῳ ὅμοιον, ἐξ οὗ τοὺς στεφανοὺς πλέκουσι. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς Βύβλου. Η δὲ Τρίπολις, ᾗ τινι συνεχὲς κεῖσθαι ἱστόρηται τὸ τοῦ Θεοῦ (Θῦ ſic) λεγόμενον πρόσωπον, οὕτω καλεῖται, διὰ τὸ ἔχειν ἀποικίαν ἐκ τριῶν πόλεων Τύρου καὶ Σιδῶνος καὶ Ἀράδου, περὶ ἧς ἐν τοῖς περὶ νήσων εἴρηται· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι Τρυπόλεις διάφοροι. Ὅτι πόλεις Φοινίκης καὶ ἡ Ὀρθωσὶς καὶ ἡ Μάραθος. Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν Ὀρθοσίδα Ὀρθοσίαν ἄλλοι φασὶ, καὶ ἴσως χαίρει τῷ τοιούτῳ τύπῳ ὁ Διονύσιος· ὥσπερ γὰρ τὸν πορθμὸν εἶπε πορθμίδα, καὶ τὰς Ἀμαζόνας Ἀμαζονίδας, καὶ τὴν Ἀσίαν Ἀσίδα, καὶ τοὺς τῶν ὀρῶν κνημοὺς κνημῖδας, καὶ τὴν Κασπίαν Κασπίδα, οὕτω καὶ τὴν Ὀρθωσίαν Ὀρθωσίδα φησί. Μάραθος δὲ οὐ μόνον ἡ περὶ Φοινίκην αὕτη πόλις, περὶ ἣν καὶ ποταμὸς ῥέει Μαραθίας λεγόμενος, ἀλλὰ καὶ εὐρωπαία ἑτέρα ἐν τῇ τῶν Ἀκαρνάνων γῇ, ἐξ ἧς ὁ μουσικὸς Διόδωρος. Ὅτι Λαοδίκη ἡ τῆς Φοινίκης ἀπὸ Λαοδίκης ὠνόμασται ἀδελφῆς Ἀντιόχου, ὡς μικρὸν κατωτέρω ῥηθήσεται, οἱ δὲ ἀπὸ Λαοδίκης φασὶ μητρὸς ἢ θυγατρὸς Σελεύκου τοῦ Νικάτωρος. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Λαοδίκη Λυσίας (ſic) ἣν Ἀντίοχος ἔκτισε παῖς Ἀντιόχου τῆς Στρατονίκης, χρησμοῦ δοθέντος ἐν ὀνείροις τῇ γυναικὶ αὐτῷ ποιῆσαι τοῦτο.

τοῦτο. Τὴν δὲ ἐν Φοινίκῃ Λαοδίκειαν φασί ποτε κληθῆναι καὶ Ῥάμανθαν, διότι ποιμήν τις βληθεὶς κεραυνῷ ἀνεβόα ῥαμάνθαν τουτέστιν ἀφ᾽ ὕψους ὁ θεός. ῥαμὰν γὰρ ἐγχωρίως τὸ ὕψος· σθὰν δὲ ὁ θεός. Διάφοροι δὲ Λαοδίκειαι, ὧν εὐοινοτάτη αὕτη ἡ Συριακή. διφορεῖται δὲ ἡ πόλις αὕτη· καὶ γὰρ τετρασυλλάβως Λαοδίκη λέγεται καὶ κατὰ παραγωγὴν Λαοδίκεια, ὡς Απάμη Απάμεια, Ευρώπη Ευρώπεια, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ὅτι ὥσπερ παρὰ τῷ Ομήρῳ ἐν Οδυσσείᾳ τὸ ἐν τοῖς Φαίαξι ποσιδήιον διὰ τοῦ ἰῶτα ἔχει τὴν τετάρτην ἀπὸ τοῦ τέλους, ἤγουν τὴν σι συλλαβήν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα παρὰ τῷ Διονυσίῳ λέγοντι περιφραστικῶς, ὅτι ποσιδήια ἔργα ἤγουν ποσιδήιον ἐστι περὶ τὰ ἐν Αντιοχείᾳ ἱερὰ τέμπεα, ὅ ἐστι περὶ τὰ τῆς Δάφνης ἀλσώδη δάση καὶ κοιλώματα, περὶ ἧς μετ᾽ ὀλίγον εἰρήσεται. Ποσιδεῖον δὲ λέγεται τετρασυλλάβως κατὰ τὸ ἐντελὲς τὸ τοῦ Ποσιδῶνος τέμενος, τὴν μὲν παραλήγουσαν ἔχον διὰ διφθόγγου, τῷ λόγῳ τῆς περιοχῆς, τὴν δὲ προπαραλήγουσαν διὰ τοῦ ἰῶτα, τῇ ἀπελεύσει τοῦ τῆς διφθόγγου ἑνὸς στοιχείου, ᾧ λόγῳ καὶ Οππιανὸς τοῦ ἀλγινόεις ἀπισχάνας τὴν δίφθογγον εἰς μονόφθογγον διὰ τοῦ ἰῶτα γράφει, ὡς προσρέθη, τὴν προπαραλήγουσαν· διαλυθὲν δὲ ἐκ τετρασυλλάβου τὸ τοιοῦτο ἐντελὲς Ποσιδεῖον εἰς πεντασυλλαβίαν γέγονε Ποσιδήιον· ἡ δὲ ῥηθεῖσα τῆς διφθόγγου συστολή, ὡς καὶ πρὸ ὀλίγου ἐῤῥέθη, καὶ ἐν ἄλλοις γέγονεν, ἐν οἷς καὶ ὁ λιμὸς ἀπὸ

τοῦ

τοῦ λέλειμαι, καὶ ἡ ἰδέα ἐκ τοῦ εἴδους, καὶ αἱ χιράδες αἱ τῶν χειρῶν ῥαγάδες, καὶ τὰ χίμετλα τὰ ἐν χειμῶνι ὡς ἐπὶ πολὺ γιγνόμενα ἀποκαύματα. Οτι κατὰ τὴν ἱστορίαν ὑπέρκειται τῆς Αντιοχείας μ̄ σταδίων ἡ ᾀδομένη Δάφνη, κατοικία μὲν μετρία, ἄλσος δὲ μέγα ἔχουσα συνηρεφὲς. οὗ κύκλος π̄ σταδίων, διαῤῥέομενον πηγαίοις ὕδασιν, ἔνθα ἐπανηγύριζον οἱ ἐγχώριοι· ὅπου καὶ τέμενος ἄσυλον. Αῤῥιανὸς δὲ περὶ τούτου οὕτω γράφει· ἐν Δάφνῃ τῇ πρὸς Αντιόχειαν ἄλσος τι ἱερὸν Απόλλωνος, καὶ αὐτὴ ἐκείνη ἡ δάφνη δείκνυται. ἣν τινες γῆθεν ἀνασχεῖν λέγουσιν ἐπὶ τῇ Δάφνῃ τοῦ Λάδωνος, ἣ φεύγουσα τὸν ἐραστὴν Απόλλωνα ηὔξατο τὸν ὑπὸ γῆν ἀφανισμὸν, καὶ ἔτυχε τῶν εὐχῶν. Αλλοι δὲ περὶ αὐτῆς οὕτω φασὶ. Δάφνη ἐν Αντιοχείᾳ ἡ ποτὲ πόλις Ηρακλείας, εἰς ἣν πολλὰς κυπαρίττους ἐφύτευσε Σέλευκος ὁ Νικάτωρ, ἧς ἐγγὺς τὸ τοῦ Επιφανοῦς Αντιόχου βουλευτήριον. ταύτην οὕτω σεισμὸς ἐκάκωσεν ἐπὶ Τραϊανοῦ, † ὥστε τοὺς Αντιοχέας κτίσαντας ἐπιγράψαι· Οι ζήσαντες ἀνέστησαν θεῷ Σωτῆρι. Σημείωσαι δὲ ὅτι μὲν ἡ δάφνη ἑνικῶς λέγεται. πρὸς δὲ τῷ Πηλουσιακῷ τοῦ Νείλου στόματι χωρίον τι πληθυντικῶς Δάφναι λέγονται παρὰ Ηροδότῳ. Ο δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψας προάστειον ἐπισημότατον τῆς ἑώας Αντιοχείας τὴν Δάφνην ταύτην εἰπὼν, λέγει καὶ ἄλλας εἶναι, Δάφνην χωρίον Λυκίας, καὶ λιμένα Δάφνην ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι, καὶ προάστειον δὲ αὐτόθι που ἐν ἀριστερᾷ ἐπὶ τὸν ἀνάπλουν ἀνιοῦσιν.

---

† Τρα-

† Τραϊάνε] Vulgo hic apud Fabricium et in nouiſſima Dionyſii editione τριαίνης legebatur, quod felici coniectura emendauit deinde Fabricius de vitio admonitus a Cupero, cuius verba ex epiſtola ad Fabricium data ponam ex *Sylloge noua Epiſtolarum* ab *Vhlio* noſtro, viro doctiſſimo, edita, Vol. I. p. 376. Iam me vocat non tam Bibliotheca Latina, quam Euſtathius in Dionyſii Periegeſin, cuius verba p. 190. ego, quo ſum ſtupore, capere non poſſum. Loquitur de Antiochia, et eius ſubvrbio, Daphne, et caſus eius recenſet: et quidem ait, ταύτην σεισμὸς ἐκάκωσεν ἐπὶ τριαίνης; hoc quid ſibi velit, ignoro, niſi ſit locutio prouerbialis, deſumta a Neptuno, qui tridente ſuo terrae motus ciere credebatur, quam in rem locus elegans apud Io. Malelam Part. II. p. 3. et ita deſignetur ingens terrae motus. De βελευτηρίῳ *ſenaculo* vel *curia* ab Antiocho ibi exſtructa, loquitur etiam Io. Malela p. 262. Chronogr. De cupreſſis a Seleuco plantatis, et Heracleae nomine, idem p. 260. Id quod ſequitur ὥςε τὲς Ἀντιοχὲς .... credo corruptum eſſe, et debere ſcribi Ἀντιοχεῖς, Antiochenſes, qui ſcilicet terrae motu non interierant, gratias agebant inſcriptione illa poſita Deo ſeruatori; et credo Euſtathium, vtpote Chriſtianum, inſcriptionem mutaſſe, et pro Διΐ, Ioui, repoſuiſſe Θεῷ. Nam terrae motus hic factus eſt tempore Traiani imperatoris, vti idem Malela narrat p. 359.

qui

qui addit a ſuperſtitibus in Daphne templum fuiſſe conditum, et inſcriptum, οἱ σωθέντες ἀνέστησαν Διὶ Σωτῆρι. Apud Euſtathium neſcio quid ſibi velit ἐ. θεῷ, et rogo, vt hunc etiam locum examinare velis; quo nomine me multum tibi debiturum profiteor. — Deinde in ſequenti epiſtola ad Fabricium p. 378. habentur haec Cuperi verba: Nullus dubito, quin apud Euſtathium in Dionyſium ſcribi debeat tecum Τραϊάνε, eo plane ducit Malela, et vti iraſcor ſtupori meo, quod illud non viderim, ita tibi de inuentione, et reſtituto difficili admodum loco gratulor.

* Addendum ἀπέβαλεν apparet etiam ex Etymologico M. in voce Βύβλος, qui locus fere totus ex Euſtathii commentariis excerptus videtur. Ipſa etiam Dionyſii verba laudantur, ſed errore librarii nomen Heſiodi in Dionyſii locum irrepſit. Reliqua quae hiſtoria digna ſunt in hoc ſupplemento, facile comparatis Stephano Byzantino et Strabone diſtinctius explicari poterant; ſed nos alio properamus.

Auſta-

III.

Auctarium Animaduerſionum ad Libros quatuor de Venatione, qui vulgari errore Oppiano inſcribuntur.

Poſtquam in itinere, quod me ſuauiſſimo *Oberlini* Argentoratenſis contubernio abſtractum per varias regionum ambages tandem in amoeniſſimas Viadri oras perduxit, cum ad inuiſendum *Nagelium*, Profeſſorem Altorfinum, virum egregium, de curriculo meo me deflexiſſem, et deinde obiter Academiam Lipſienſem, ſtudiorum meorum nutriculam ſalutarem, nactus ſum eos libros, quorum vſu tum, cum Oppianum denuo edendum ſuſceperam, inuitus carebam, non ingratum me viris doctis facturum eſſe ſpero, ſi telam, quam opera mercenaria ſine magno librorum apparatu, ingenio hoc meo ſane pertenui confiſus exorſus ſum, nunc animi cauſa horis ſubſeciuis detexam. Expertus enim ſum in eo labore, quod graeco prouerbio iactari ſolet: κατ᾽ ὀπώρην τρύξ. Mirum in modum adhuc tota mea res tum fluctuabat; quae poſtquam deſedit, et animus meus in meliore futuri temporis ſpe conquieſcere coepit, nunc ſaltem

ſaltem honeſte, vt puto, racemari mihi licebit ſub illam vindemiam, ex qua lucri fructus quicunque colligi poterat, in alienos loculos defluxit, ego vero gloriolam in muſtaceo quaerere cogebar. Primum igitur omnem eam diſputationem, quae a me in Praefatione eſt inſtituta de vetuſtis Oppiani editionibus, quas quidem tum, cum iſta ſcribebam, non ipſa librorum inſpectione, ſed tantum ex commemoratione virorum doctorum cognitas habebam, accurate et diligenter retractabimus.

De *Io. Brodaeo* quidem liquido nunc poſſum affirmare, fere omnia, ſaltem praecipua Aldinae editionis vitia feliciter ab eo fuiſſe correcta, ita, vt in Cynegeticis parum aut nihil omnino mutatum ſit ab *Hadr. Turnebo*, quod non antea ſolerter ingenium Brodaei et Bodini exeogitauerit; id quod clariſſime apparebit, cum in rem praeſentem deueniam, et ad ſingula carminis loca Brodaei coniecturas apponam. Acceſſit deinde ad Oppianum interpretandum Io. Bodinus, cuius liber in exemplo bibliothecae Lipſienſis Senatoriae hunc titulum praefert: *Oppiani de Venatione Libri IV. Io. Bodino Andegauenſi interprete, ad D. Gabrielem Bouerium Andium Epiſcopum. His acceſſit Commentarius varius et multiplex eiusdem Interpretis. Lutetiae ap. Mich. Vaſcoſanum via Iacobaea ſub inſigne Fontis. MDLV. cum Priuilegio.* Atque hoc quidem exem-

exemplum, quod adiuncta habet graeca Oppiani Cynegetica edita *Pariſiis, apud Vaſcoſanum via Iacobaea ad inſigne Fontis*, MDXLIX. quae quidem ſeparatim habebam Argentorati commodata ex Bibliotheca Academiae Goettingenſis, et deinde Norimbergae in inſtructiſſima viri reuerendi, *I. Moerlii*, bibliotheca iterum inſpexi, verumtamen hoc exemplum Lipſienſe ſimulac ipſe meis oculis vſurpare coepi, ſtatim mihi apparuit eundem *Io. Bodinum* auctorem eſſe editionis Vaſcoſanae, cuius tota forma plane congruit cum ipſa Bodini interpretatione et commentariis, quos aliquot annis poſt idem Vaſcoſanus curauit. Eſt vero haec Vaſcoſana editio, procurata a Bodino, mera repetitio Aldinae, ne vna quidem litterula niſi forte per operarum typographicarum errorem immutata. Verum in commentariis Bodiniis multa editionis Aldinae vitia poſt Brodaeum emendauit, ita vt, quemadmodum iam ſupra monui, fere nihil relictum fuerit, in quo Hadr. Turnebus ingenium ſuum exercere atque oſtentare poſſet. Hinc vero iudicari atque emendari debent ea, quae diſputata ſunt a me in Praefatione de auctore Vaſcoſanae editionis, et controuerſia, quae fuiſſe olim dicitur inter Hadr. Turnebum et Io. Bodinum, quorum ille multorum locorum emendationes ſibi a Bodino ſubreptas eſſe conquerebatur. Brodaeum multis locis nominauit Io. Bodinus, ex quibus vnum tantum

apponam, vnde, quam honorifice ille de Brodaei notis ſenſerit, exiſtimari poteſt. Igitur p. 48. *Hunc locum*, inquit, *Brodaeus caſtigavit, et pleraque alia, quae conſulto praetermittam, ea duntaxat dicturus, quae de induſtria, vt breuitatis eſt amantiſſimus, indiſcuſſa reliquit.*

Obiter hic attingam illum Praefationis locum, vbi de *Io. Caeſario* dixi, qui Oppiani Halieuticôn ſeu de Piſcibus libros V. ex graeco traductos auctore Laur. Lippio, cum Plinio et Iouio de Piſcibus edidit Argentorati 1534. Hic vero liber, quem repertum in Bibliotheca Trewiana Altorfi ipſe manibus meis pertractaui, cum in eo tantum Lippii verſio exſtet, nec quidquam noui ab ingenio editoris acceſſerit, in cenſum editionum Oppiani omnino venire non poteſt.

Venio nunc ad *Conr. Rittershuſium*, in quem ſi quid olim grauius dixi, id profecto moleſte ferre non debebant hiſtriones quidam litterarii, Ariſtarchi ſimioli, quos ego ſi buccinatores exiſtimationis meae habere vellem, multorum mihi eſſent hominum amicitiae fucoſae colligendae, quae quidem ſunt in quodam ſplendore rumoris plauſusque publici, fructum vero voluptatis aut eruditionis domeſticum plane nullum habent. Vellem ſane mihi licuiſſet eam viam, quam tum ingreſſus eram, ſine alicuius offenſione perſequi; verum nihil adhuc video cauſae cur ipſe meo

iudicio

iudicio non conſtem. Ipſe tamen Rittershuſius, cum deinde maturato veterum ſcriptorum lectione iudicio iuuenilem operam recognouiſſet, multos editionis ſuae naeuos agnouit, atque interpretationis latinae vitia diligenter emendauit. Eſt enim exemplum Oppiani Rittershuſiani Altorfi penes virum doctum, *Hummelium*, diligenter ab eo deſcriptum in Parte III. *Bibliothecae nouae librorum rariorum*, quae germanico ſermone Norimbergae Ao. 1776. edi coepta eſt, vbi multae correctiones manu Rittershuſii aſcriptae leguntur, quas publico commodo impertitus eſt *Hummelius*, et nos deinceps ſuo quamque loco commemorabimus, omiſſis tamen iis, quae Rittershuſius in verſione latina mutanda duxerat. Multa etiam in eius exempli margine traduntur, quae ad hiſtoriam editionis Rittershuſianae cognoſcendam pertinent; verum ea lectores harum rerum cupidos ex ipſo *Hummelii* libro petere malo. Praeterea memorantur ibi a Conr. Rittershuſio variae coniecturae *H. Riſii*, qui quidem ingenii ſagacitate multum eum ſuperaſſe videtur. Atque hunc *H. Riſium*, in litteris graecis praeceptorem ſuum agnoſcit et multis laudibus effert magnus ille *Caſpar Hoffmann* Var. Lection. L. I. p. 39. Denique ex libro *Hummeliano* cognoui orationem *Dav. Peiferi*, qua C. Rudolpho II. ſuam Cynegeticorum interpretationem dedicare conſtitum habebat, inſertam legi diſputationi *Pauli Ia-*

cobi Foertſchii de Oppiano Poeta, quam diligenter vbique quaeſitam nondum tamen nanciſci potui.

Deuenio nunc ad ipſum carmen, vbi ſi quid a Brodaeo, Bodino, Rittershuſio, et H. Riſio bene admonitum, aut ab aliis viris doctis ſolerter excogitatum fuerit, ad ſingula loca diligenter, non omiſſo iudicio noſtro, annotabimus.

L. I. v. 55. vbi φόνος pro πόνος reſcripſimus, idem poſtea placere vidi viro doctiſſimo *Fr. Herelio* in Epiſtola Critica ad Meuſelium p. 28.

v. 58. Lacunam Aldinae animaduertit Bodinus, et addit: Vide an malis hunc verſum addere: ἄτρομος ἀσπαλιεὺς ἐπεδήσατο δαίδαλον ἰχθῦν· quaſi ex ingenio ſuo confictum. Habet tamen eum Turnebiana et Codex Regius. Deinde verſu 59. χαλκȣ ſcribi iuſſit idem Bodinus. 61. εἰνάλιον — ὀρχηςῆρα. Ad defendendam metaphoram paullo audaciorem recte Brodaeus adhibuit locum Martialis: *et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta:* alterumque Ouidii: *et calamo ſalientes ducere piſces.* Recte idem vir doctus v. 62. ἰξευτῆρσι reſcribendum cenſuit, quod omnino tenendum puto — Verſu 85. Conr. Rittershuſius in Curis ſecundis apud *Hummelium* Biblioth. Nouae p. 307. emendabat h. l. ποσσὶν ἐλαφρίζοντα. Verſu 92. δρεπάνην recte Bodinus interpretatur ξίφος δρεπανοειδὲς, et eſſe Xenophontis

κοπίδα

κοπίδα ἢ σαγάριον putat. Idem verſu 96. εὐθύνεις maluiſſe videtur, et verſu 97. ἐπιγουνίδα in duas voces disiungendum putabat.

Verſu 120. βατὴ θάλασσα primus ex Aldino βαταὶ θάλασσαν effecit Bodinus, qui porro verſu 123. ὄμματα legebat, et de oculis fructuariis ſeu gemmis ex loco Theophraſti H. P. V. τὰ τῶν Φυτῶν ὄμματα κυμαίνουσιν explicabat. Equidem hanc emendationem probare non dubitauerim. Idem Bodinus verſu 129. ἀγρώσσοιεν propter antecedens Φοιτώντων emendat, et ἀρπάλαγον verſ. 153. etiam a Polluce inter inſtrumenta venatoria enumerari monet.

Verſum 160. de celeritate equarum taxauit olim Ger. Voſſius in Libris de Idololatria; ecce nunc tibi Brodaei notam: *Seruius ad Virgilii Georgica: Dixit autem equas, quia velociores ſunt, quam equi, quia, vt ait Plinius, (vbi, quaeſo, Serui?) inter currendum emittunt vrinam.* Haec ille. Vereor, ne Seruius memoriae errore deceptus capreas cum equabus permutauerit; de capreis enim idem affirmat autor carminis noſtri L. IV. v. 440. ſeqq. — Verſu 170. Bodinus emendabat Μάζηκες, interpretatus *Mazacas* de Africa, et laudabat Aurelii locum de Venatione: *quemque coloratus Mazax deſerta per arua pauit, et aſſiduos docuit tolerare labores.* Reliqua vide apud *Geſnerum* de Quadrup. p. 459. — Verſu 274. Rittershuſius in Curis ſecundis apud Hummelium

lium ex coniectura *H. Riſii* legebat κεραυνόν. Verſ. 285. ἀλλ' ὀλίγοι. Sermo eſt de equis Ibericis. Negat autem Brodaeus haec verba etiam ad Hiſpanos equos pertinere, quorum Caeſar belli cauſa magnum numerum ſe coëmiſſe de B. G. L. V. non referret, vt putabat Brodaeus, ſi imbelles eſſent. Recte igitur, inquit, Silius Italicus: *Martius huic ſonipes campos hinnitibus implet.* Refert praeterea Strabo Celtiberorum equos ἐοικέναι τοῖς Παρθικοῖς· καὶ γὰρ ταχεῖς καὶ εὐδρόμους εἶναι. Ita Brodaeus, quem refutauit Bodinus. Hic enim locum Oppiani et Strabonis de Hiſpanis equis generatim intelligit, et affert teſtimonium Iuſtini L. XLIV. vbi eſt: *in Calaecia et Luſitania tota tam pernices equi naſcuntur, vt non immerito ipſo vento concepti videantur.* Denique ad vocem ἀνάλκιδες adhibet Gratii locum: *at tibi contra Calaecis luſtratur equis ſcruposa Pyrene, non tamen Hiſpano mortem tentare minacem auſim.*

Verſu 301. Πάρθοι pro θυμὸν, quod omnes libri ſcripti tuentur, ante Turnebum ſcripſit Brodaeus; quam recte, nunc non diſputamus. Nam quae ad hiſtoriam animalium ſpectant in hoc carmine, alii tempori reſeruamus. Verſu 306. ςικτόποσιν, quod cum Codice Regio probauimus, Bodinus etiam coniecerat. Verſu 316. ὤρυγγας Brodaeus per ἔκτασιν pro ὄρυγγας dictum putabat; at vero Bodinus oryngas a reliquis equis differre negat, niſi quod albis

albis maculis interluceant, quos Palladius *ſcutulatos* appellat.

Verſu 355. ταὶ δὲ κλιδὸν ὅσσα βαλῦσαι. Brodaeus χλίδαν emendabat; quod equidem non capio. Vide an ſcribendum ſit ταὶ δ' ἐγκλιδὸν. Ita enim plane in ſimili re Apollonius Rhodius Argonautic. I. 709. ἡ δ' ἐγκλιδὸν ὅσσε βαλῦσα, atque iterum L. III. v. 1007. Quod ſequitur verſu 388. καὶ κάπροι πυρόεντες ἐπεχμάζουσι σύεσσι. nullum habet omnino ſenſum. Sed legendum eſt cum *Ill. Brunckio* ἐπαιχμάζουσι. Saepius iam olim verba αἰχμάζειν et ὀχμάζειν permutata fuiſſe apparet ex Heſychii loco, vbi ὀχμάζειν interpretatur μάχεσθαι. Cf. Oppiani Halieutic. L. II. 499. Dicitur vero h. l. ἐπαιχμάζειν σύεσσι de apris, quorum in ſues ruentium furor magis hoſticus, quam coitus aut amor appellandus eſt. Cf. omnino L. III. Cynegetic. v. 364. ſeqq.

Verſu 413. Θῆροι. Hos eſſe canes, quos Latini Albanos, graeci ſcriptores Indicos appellant in Hiſtoria Alexandri Magni, probabilis eſt coniectura Bodini p. 62. Paullo poſt verſu 417. vbi vulgo legebatur ἀγρολοφίταις, Conr. Rittershuſius ap. *Hummelium* emendabat ex coniectura *H. Riſii* θώεσσιν ἐοικότες ἀκρολοφίταις. Sed vocem πρώνεσσιν non tentandam eſſe, facile concedet, qui cogitarit autorem huius carminis non nimis caſtum in translationum vſu eiusmodi exſuperantiam numquam ingenio ſuo indignam putaſſe.

Verſu 522. εἰ δὲ τυχήσῃ ſoloecum et in autore huius carminis non ferendum eſt, niſi, quod olim Lucullus de ſuis hiſtoriis dixerat, quo facilius illud probaret Romani hominis eſſe aut Aſiani, qui latine melius quam graece ſciret, idcirco barbara quaedam et ſoloeca aſperſiſſe eum putemus. Nam particula εἰ nunquam apud autores bonos coniunctiuum aſſumit, vt recte monet *Valckenair* V. C. ad Herodot. p. 624. No. 43. Videtur ergo ſcribendum ἦν δὲ τυχήσῃ. Similis eſt locus L. II. verſu 341. vbi εἰ δέ τις περιχεύοι cum Bodino legendum cenſeo. Deinde verſu 523. legendum monet *Ill. Brunck:* ῥεῖά κεν ὀξυτέροισι δαμασσόμενος ὀνύχεσσι· quo ducit etiam ſequens ἀντιάσειε, φέροι et πελάζοι. Brodaeus h. l. emendabat: ῥεῖα μὲν ὀξυτέροισι δαμασσάμενος δ' ὀνύχεσσι· et deinde μεσαύλιον coniunctis vocibus legi volebat. Male.

Ad Librum Cynegeticorum ſecundum.

Verſu 6. legendum eſſe ἐπ' ἰξύας, ἰξυόθεν δὲ mecum ſentit *Ill. Brunck;* addo nunc ſimilem Arati locum Phaenom. v. 144 εἷς μὲν ὑπ' ὠμαίῳ, εἷς δ' ἰξυόθεν κατιόντων. Verſum 17. quem me intelligere negabam, ingenioſa emendatione tentauit in epiſtola ad me data doctiſſimus *Larcher*, a quo poſt egregiam illam *De Veneris nominibus et muniis apud antiquos* Diſſertationem nunc praeclarum in Herodotum commentarium cupide expectamus.

Ita

Ita vero ille: *Le vers 17. du ſecond livre vous paroit avec raiſon inintelligible. Je ne conçois pas en effet comment on peut chaſſer à cheval dans un lieu rempli de bois. Je change* ξυλόχοισι *en* ξυστοῖσι *qui eſt une arme qui répond à* ἄκοντι *du membre précédent. Le Poëte nomme l'arme dont ſe ſervoit Caſtor quand il chaſſoit à pied; pourquoi auroit-il paſſé ſous ſilence celle dont il faiſoit uſage, quand il chaſſoit à cheval?* μεσημβρινοῖο δρόμοιο *indique le temps où il chaſſoit à cheval, et eſt un génetif abſolu.*

Verſu 48. Aldinum πεφρίκει — ἀγριάοντα iam ante Turnebum in πέφρικεν — ἀγριόωντα mutauit Bodinus; ita verſu 82. vbi Turnebus primus edidit: τηλόθ' ἐνὶ δρυμοῖσι· eius emendationis autorem reperio Brodaeum, qui etiam verſu 78. δρυμὸς malebat. Verſu 163. Brodaeus ἀμφιθαλέσσι *piloſis* legit, et verſu 168. in vulgari lectione ὡς ἑτέροισιν ἐναντία ſubintelligebat συμβαίνει; ſed idem tamen habet etiam lectionem ἕτεροι συνεναντίον quam nos a *Guieto* recepimus. Verſu 239. Aldinum δείρην, et verſu 251. lectionem καί τε τάχα, quam cum Aldina habet Cod. Regius, ante Turnebum emendauit Bodinus. Verſu 260. Brodaeus ἐπιδρέψαντε malebat, quae quidem ipſa coniectura doctiſſimi *Larcher* erat.

Ad verſum 293. annotabimus memorabilem Kyranidum locum pag. 77. *Ceruorum ſpecies ſunt tres — et una ſpecies vocatur* πλατύκερως, *habens cornua lata et excelſa; ſecunda au-*

Digitized by Google

tem rotunda cornua habens — tertia foemina. Huic non poteſt maſculus miſceri niſi iuxta fontem — Veri, inquam, cerui, qui habent cornua rotunda. Qui deinde nominantur Ἰορκοι, parum differre ab eo genere, quod auctor carminis *δόρκας* appellat, Bodinus exiſtimabat, quia ſatis conſtet ceruorum in genere contineri. Igitur *damas* interpretabatur. Neminem adhuc reperi, qui doceret, quae fera nomine ἴορκȣ ſit appellata ab hoc noſtro poeta. Ego vero Plinii *axin* ſeu damam maculoſam Bengalenſem eſſe, certiſſimis argumentis vincam, vbi ad eam commentationis partem delatus fuero. Verſu 300. *μείων κέρας*, quod Cod. Sylburg. praeferebat, etiam apud Brodaeum reperi. Paullo antea Bodinus *σφραγίδεσσιν* emendabat. Male. Idem verſu 397. Aldinum *ἀμαλδίσκειν* emendauit, et deinde verſu 398. *θαῦμα μὲν ἦν*, quam poſteriorem correctionem a Turnebo commemoratam, veluti lectionem ſcripti libri, recepit Rittershuſius.

In loco perdifficili verſu 402. Conr. Rittershuſius cum *H. Riſio* malebat ὑπεδείξατο, vt memorat *Hummelius;* idem vulgatum εἰ δὲ καὶ verſu 404. ita defendit in Curis ſecundis: *Immo nihil deeſt, ſi* εἰ δὲ *exponamus vt apud Homerum Iliad. α. 302. 524. et alibi:* denique verſu 405. ἐπὶ interpretatur per ἔπεσι. Nihil iam vtimur his viri docti opinionibus, poſtquam totus hic locus praeclare ab *Ill. Brunckio* perſanatus eſt. Verſu 427. *θορόντες* autorem

rem habet Brodaeum, quemadmodum verſu 443. ἐπαρτυνέουσιν ante Turnebum a Bodino fuit excogitatum. In orygis deſcriptione κενεὴν 454. autorem habet Bodinum; ibidem φυσᾶν legi volebat Brodaeus, et addit: *caprarum ritu cauis cornubus ſpirat oryx.* Verſu 466. lectionem vtramque, a Turnebo velut e libro ſcripto commemoratam, excogitauit Bodinus, vnam αὐτίκα γαίῃ, alteram αὐτίκ' ἄρ' αἴῃ· item verſu 477. Aldinae μίμνει primus correxit. Mirum eſt *H. Riſium* cum *Bocharto* et *Arnaldo* in eandem coniecturam incidiſſe, cum verſu 469. κρατὸς ἐρωῇ ſcribendum cenſeret (apud *Hummelium* l. c.) quod ipſum a nobis fuit receptum. Ad verſum 511. vbi legitur de dentibus elephantorum: ἄγνυνται καυληδὸν ἀπειθέες· praeclaram Brodaei notam appono: Paulus Aegineta L. VI. c. 89. ῥαφανηδὸν μὲν ὅν ἐςὶ ῥῆξις ὀςέου κατ' ἐπικάρσιον σχῆμα διὰ πάχους, ὃ καὶ σικυηδὸν καὶ καυληδόν τινες ὀνομάζουσι. Celſus: *omne igitur os modo rectum vt lignum in longitudinem finditur, modo frangitur tranſuerſum, modo obliquum.* Haec ille. Male igitur in verſione latina cum Turnebo *in fruſta* poſuimus; erat enim dicendum *raphani modo*, exemplo Plinii XII. c. 22. *Calamus melior qui aſſuloſe* (σχιδακηδὸν) *potius quam raphani modo frangitur.* Galenus L. VI. Method. καυληδὸν κάταγμα explicat fracturam oſſis per tranſuerſum factam, partes oſſis fracti ita ſeparantem, vt

vt e directo non iaceant. Idem Comment. II. in Libr. de Articulis, vbi comminuto, inquit, oſſe nihil integrum relinquitur partibus inter ſe recedentibus, ita vt nullo pacto cohaereant, huiusmodi fracturae ſpeciem *recentiores medici* καυληδὸν a fracti caulis ſimilitudine appellant, imitati ea in voce Hippocratem, qui Libro de Articulis de maxilla loquens ſcripſit ἢν δὲ καταγῇ ἡ γνάθος ἢν μὲν μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασιν, ἀλλὰ ξυνέχεται τὸ ὀςέον. Cf. omnino *Gorraeus* et *Foeſius* in Oeconomia Hippocratis h. v.

Verſu 543. Aldina habet κεῖνοι, quod primus emendauit Brodaeus, a quo item Rittershuſius διατρήσειεν verſu 554. acceperat.

Ad Librum Tertium.

Verſu 37. Rutgerſii ἄχνην recepimus; ſed vide an cum *Beuerlando* (in Muſeo Critico Stoſchii Faſcicul. II. p. 394.) vulgatam lectionem αἴγλη malis interpretari *ſplendidum leonis crinem.* Bene comparat ille Martialis locum VIII. LV. 9. *ſpargit honorem*, de leonis iuba. Verſu 82. lectionem ἐς τόδε, quam Cod. Sylb. et Regius praeferunt, excogitauerat etiam Bodinus; idem verſu 95. Aldinum κεοκόεντι, quod habet etiam Cod. Regius, corrigi iuſſit. Verſu 125. πρυλέες τρίζουσι νεοσσοί. Male h. l. interpretatur *Turnebus : teneri pipiunt pulli.* Recte Brodaeus *denſi et conferti*, quo ſenſu vocem πρυλέες in Homero veteres Grammati-

cos

cos accepiſſe docet Heſychius h. v. Vulgatum τρύζουσι mutauimus in τρίζουσι, quod illud fere ſemper de turture, hoc vero de reliquis etiam auibus dicitur. Ipſi tamen veteres auctores in vſu horum verborum ſibi non ſatis conſtitiſſe videntur. Ecce enim Heſychius, qui τριγὸς interpretatur τρυγὼν, quod a τρύζειν deriuatum eſt, τριγὸς vero eſt a τρίζειν. Hinc latine de hirundine *triſſare, triſſitare* dicitur. Cf. *Bondam* V. L. p. 247. vbi in Gloſſario Mto eſt: *hirundo minurit:* cum alter gloſſographus generatim id vocabulum omnibus auibus proprium dicat; *Aues*, inquit, *minuriunt vel vernicant vel vernant.* Eſt vero verbum *minurire* ductum ex graeco μινυρίζειν, quod *Bondam* monere omiſit. Simili ratione a voce quam edit attagen ductum eſt ἀτἰαγάζειν, (ab ἀτἰαγᾶς enim fit ἀτἰαγᾷ.) quod Heſychius explicat κιχλίζειν. Sic enim ille: ταγατίζων, κιχλίζων. Inuerſis litteris eſt legendum ἀτἰαγίζων vel ἀτἰαγάζων. Dicitur vero κιχλίζειν de riſu impudico, immodico, meretricio, vt etiam τριγλίζειν. Sic enim Heſychius: τριγλίζειν κατὰ μίμησιν ἐπὶ τῶν γελώντων. Cf. Interpp. ad Moerin. p. 213. 14. 15.

Verſu 171. lectio Aldina πάνθ' ἀπαλύνει, quam etiam interpretando ſecuti erant Turnebus et Ritterſhuſius, a Bodino iam correcta fuerat, qui laudauit Homericum ὅτε πέρ τε χιὼν ἐπάλυνεν ἀρούρας, quod imitatus eſt Tryphio-

phiodorus v. 186. — Deinde verſu 176. Aldinum *τεῖον ὑπὸ* Brodaeus in *τοιόνπου* mutauerat, atque idem verſu 178. *χείματος οἱ* correxit, quod a Turnebo fuit receptum. Ad locum de Onagro, qui ſequitur, obiter annotabo Suidae obſeruationem: *Καυδὼ νῆτος πλησίον Κρήτης ἔνθα μέγιστοι ὄναγροι γίνονται.* Eſt haec inſula *Gaudos* Melae II. 7. quam Plinius IV. 12. cum Chryſa contra Hierapytnam ſitam ait. Nihil apud Interpretes Melae, Suidae et Plinii de ea traditum reperi; nec ipſe Cellarius praeter locum Melae et Plinii quidquam habet. Eandem inſulam intelligebat Callimachus ap. Strabonem I. p. 44. et VII. p. 299. in Fragmentis p. 429. vbi *Γαῦδος* appellatur.

Verſu 204. quod a nobis editum eſt: *εἰ μιν ἴδοι*, reponi pro vulgato *μὲν* etiam voluit *Herelius* V. C. in Epiſtola Critic. ad Meuſelium p. 47. Quod vero v. 207. lectionem librorum omnium: *νέον γε μὲν ἡβήσειεν* autore Brodaeo mutauimus, equidem nunc factum nollem. Exſtat enim plane ſimilis locus L. II. 581. *ἄνθεά τ' ἐν λειμῶσι νέον γε μὲν ἡβήσειαν.* Sed in hoc poeta explicando ſemper in tenebris micamus, propter miram linguae barbariem. Verſum 222. Conr. Rittersh. in Curis ſecundis ap. Hummelium ita interpretatur: *Remouendam interrogationem, et κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν iſta eſſe legenda monuit me H. Riſius.* Totum vero hunc locum expreſſum eſſe ex

illis

illis Euripideis in Phoeniſſis: σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς· οὐ γὰρ τὸ λαιμότμητον εἰσορᾷς κάρα Γοργόνος, ἀδελφὸν δ' εἰσορᾷς ἥκοντα σόν· praeclare vidit Io. Brodaeus. Similiter quae de ſuperfoetatione leporum traduntur verſu 519. adumbrata ſunt ex Herodoti loco in Thalia: ἐπικυΐσκεται μοῦνον πάντων θηρίων ὁ λαγὼς, καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γαστρὶ, τὸ δὲ, ψιλόν· τὸ δὲ ἄρτι ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσεται. vt monuit Io. Bodinus, qui recte etiam ad verba πολύστονον ὠκὺν ὀϊστὸν 517. comparauit Homericum ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔχει βέλος ὀξὺ γυναῖκα δριμὺ, τόδε προϊεῖσι μογοστόκοι Εἰλήθυιαι. Denique verſu 522. Aldinum ὠπάσασθαι idem primus emendauit; eius locum in Codice Regio ἀσπάσασθαι occupaſſe videtur. —

Ad Librum Quartum.

Verſum 33. et 35. vt hodie leguntur, reſtituit Brodaeus, cum in editione Aldina mire perturbati exſtarent. Ita verſu 44. poſt ξυνὰ δὲ Bodinus inſeruit τε quod vulgo deerat, itemque verſu 49. βιαζομένοιο χαλινοῦ correxit. Verſu 106. Brodaeus vulgatum ἐριτμήτοισι mutabat in ἀριθμήτοισι quod non capio: deinde verſu 107. μέλαθρα aut κέλετρα reponi volebat. Prius approbauit Bodinus, et recepit Turnebus. Verſu 108. ἐδωδῆς primus reſcripſit Bodinus, et verſu 118. πυριλαμπέα; peſ-

peſſimo tamen exemplo cum verſu 123. tum 144. *ἐπημύειν* cum altero *ἐπιμύειν* permutauit, in quo eum ſecuti ſunt reliqui editores. Verſu 151. propoſuit ingenioſam coniecturam Brodaeus: nam verba *πλευρῇσι περίδρομα*, *lateribus rotunda*, vt Turnebus interpretatur, de ſcuto viminibus ſubtexto, vbi latus vllum vix intelligi poteſt, mutat vir doctiſſimus in *νευροῖσι περίδρομα*, *neruis circumligata*, quibus vimina ſubtexta adſtringantur. His demum coria bubula ſuperinducta eſſe videntur. Idem verſu 164. *πρόσθ' ἠελίοιο* contra *ſolem*, *ſoli contrarium* eſſe monet, et verſu 165. Maryandynos intelligit in ſcriptura Aldina *Μαρυανδέα*; contra Bodinus *Μαυρανθέα* legit, atque Indos interpretatur. Verſu 167. ſatis bene conieciſſe videtur doctiſſimus *Herelius* in Epiſt. Critic. ad Meuſel. p. 29. qui *μολὼν* in his verbis: *ἐκπροθορὼν ἐκάλυψε μολὼν δέμας αἰγιαλοῖο*, mutat in *μέλαν δέμας*, et conferre iubet Apollon. Rhodium II. 349. Statii Siluas IV. 4. 62.

Verſu 235. Brodaeus malebat *ὑάδες* legere pro *οἰνάδες*, afferens locum Schol. Arati, ex quo nihil conficitur. Idem tamen recte verſu 251. *ἀγερμοσύνην* vel *ἀγυρμοσύνην* emendavit, quorum poſterius a nobis fuit receptum. Eiusdem viri docti eſt lectio *πέμψαμεναι* verſu 256. quam Turnebus in editione ſua ſecutus eſt. Verſu 241. Bodinus legebat: *ῥεῖ δ' ἄν ποτε μῆρον*, et verſu 264. *ἦτε πάροιθεν*, quod

quod mihi nullum hoc loco ſenſum habere videtur. Sed praeclare idem verſum 267. ita reſtituit: *ὅσθ' ὕπατον μὲν ἔναιεν ὄζος κεράεσσιν ὑπ' ἄντρε·* quod ego lubens amplector. Brodaei coniectura, *ὅσθ' ὑπὸ τῷ μὲν ἔναιεν ἔρει, καὶ ῥύσαθ' ὑπ' ἄντρῳ*, et dura eſt, et ab ingenio graecae linguae plane abhorret. Verſu 274. Brodaeus *δεδεγμένον* ante Arnaldum coniecerat, quod nullo modo probari poteſt. Verſu 277. *ἑτάροις — παισὶν* primus excogitauit Bodinus, qui item verſu 282. recte *ἐϋςαλέως συνέβαλλεν* reponi iuſſit, et verſu 300. lectionem *πάσαις δ' ἐςάλαον — παρειαὶ*, quam nos e ſcriptura codicis Regii coniectura colligebamus, ſollerter occupauit. Verſu 307. malebat *διαςόνα*. Quae memoratur a Turnebo ad verſum 309. lectio: *Πενθεῖ μὲν ταύρειον ἐδείξατο Φοίνιον ὄμμα*, ab ingenio et coniectura Bodini, non ex libro ſcripto profecta eſt. Verſu 357. quid ſit *αὐτολύγοισι κύνεσσι* nondum intelligo. Brodaeus breuiter ad h. l. *placet αὐτολύκοισι*. Quid autem hoc verbi eſt? Rittershuſius in Curis ſecundis interpretatur *ſeorſim religatis*, quod quidem ex verbo graeco intelligi non poteſt. Quid ſi *αὐτολύτοισιν* tentauerim, quod cum Guyeto *des limiers en laiſſe* optime interpreteris? Eſt enim apud Heſychium vox *αὐτόλυσις*, quam explicat *δέσμα, ἐφ' ᾧ ἀγκύλη ἐφῆπται* (amentum inſeritur) *καὶ ἐχ ἅμμα γέγονεν.* Verſu 394. *ἢ χλοεροῖς* ſcribi vole-

bat etiam Brodaeus, a quo lectionem hanc acceptam omiſſo autoris nomine laudauit Ritterſhuſius. Verſu 436. *ἀερηρομένῃ* reſtituit primus Bodinus, qui etiam verſu 452. Aldinum *κύνες μὲν* in *μιν* recte mutauit. Deſinam in loco Tryphiodori verſ. 214. quem hic obiter emendatiorem dabo: *ὡς δ᾽ ὁπότε σταλίκεσσι λίνον περικυκλώσαντες θήρεσιν ὄρει πλανέεσσι λόχον πολύωπον ἔπηξαν ἀνέρες ἀγρευτῆρες· ὁ δὲ κραδὸν οἷος ἀπ᾽ ἄλλων λαθρίδιος πυκινοῖσιν ὑπὸ πτόρθοισι δεδυκὼς δίκτυα παπταίνων ἔλαθεν θηροκτόνος ἀνήρ.* vbi in editione Bandini *περίοπτον* v. 2. legitur, deinde *δέδηκεν δίκτυα, παπταίνων ἄγρην θηρ. ἀν.* Nos veſtigia Cod. Medic. ſecuti poſteriora verba emendauimus, quae praeclare faciunt ad locum Oppiani verſ. 394. ſeq. illuſtrandum.

De

IV.

De dubia carminum Orphicorum auctoritate et vetuſtate.

Quanta ſit opinionum praeceptarum vis ad hominum etiam acutiſſimorum iudicia flectenda et regenda, quantumque in iis valeat vetuſtatis commendatio, manifeſtum eſt exemplo carminum Orphicorum, quo quidem hiſtoria ingenii humani totiusque antiquitatis memoria nullum facile inſignius habere mihi videtur. Contigit enim in Orpheo, quod plerisque contra ſolet, vt quo longius a cogitatione mentis humanae recederet memoria temporum eorum, quibus inſtar ſolis illuxerat primus ille ſapientiae humanae diuinaeque magiſter, eo plura litterarum monumenta in dies proferrentur, quae ab eo relicta eſſe dicebantur, vt tandem dubitari coeptum ſit, an omnino Orpheus poeta vnquam fuerit. Multos iam antiqua Graeciae tempora habuere viros doctos, *) qui vel ingenii tentandi cauſa perſonam Orphei aliquamdiu ſuſcipe-

*) Horum indicem habes apud Suidam ſub voce Ὀρφεὺς, Clementem Alexandrinum Stromat. I, p. 333. Ciceronem de N. D. I. 38.

rent, quo hominum animos in ſuauiſſimam illam heroicorum temporum recordationem adducerent, vel, vt philoſophorum credulitatem illuderent, ſanctiſſimi nominis celebritatem atque auctoritatem vſurparent. Plura etiam deinde recentior aetas tuliſſe videtur eiusmodi ingenia, quae priſtinum fraudis exemplum in fictis Orphei ſcriptis propoſitum temeritate ſua renouarent. Cum enim haud multis a Chriſto nato ſeculis ſtudia philoſophiae et theologiae myſticae a noua Platonicorum familia ſuſcitata incaleſcerent, magna ingeniorum contentio exorta eſt inter huius ſcholae principes, Iudaeos et Chriſtianos, qui quidem omnes ſimul velut inito certamine ſententiarum ſuarum primordia ad Orphea referre, eiusque auctoritatem in partes ſuas trahere conabantur. Dum igitur hinc de noua Platonis ſchola philoſophi, illinc Chriſtiani ac Iudaei cauſae ſuae praeſidia cupidiſſime conquirebant, interim homines callidi, cum non dubitarent, quin comis ille ſenex Thracius nomen ſuum ipſis ad translationem fraudis commodaturus eſſet, quo facilius errorem obiicerent rixatorum libidini, multa carmina ad exemplum Orphicorum, quae tum circumferebantur, efficta, et ad vetuſtatis ſimilitudinem adumbrata in vulgus diſſeminabant. Ex hac quidem officina tum prodiiſſe mihi videtur perſonatus iſte Orpheus, cuius hodieque habemus opuſcula quaedam, Argonautica

et

et Hymnos. Neſcio tamen qui deinde factum ſit, vt homo obſcurus, qui nullum ex tota antiquitate cognitorem locupletem dare poterat, tamen intra pelliculam ſuam non contineretur, ſed antiqui illius Orphei auctoritatem ſibi aſſumeret, et nouo aliquo blanditiarum genere paulatim in gratiam Io. M. Geſneri, viri clariſſimi, adreperet. Quid multa? tandem nugator iſte, cum ei controuerſia de ſtatu mota eſſet a viris doctiſſimis, qui diu habitarant in hiſtoria philoſophiae, atque omnem vetuſtiſſimorum temporum memoriam animo complexi erant, eo Geſnerum permouit, vt cauſae deſperatiſſimae defenſionem ſibi imponi pateretur. Hic igitur antequam ipſam rem aggrederetur, primum hoc in oratione ſua poſuit, fuiſſe omnino aliquem Orphea, magnum ſapientiae laude virum, qui homines a fera agreſtique vita ad cultum humanum ciuilemque traduxerit, atque animos nimia libertate ferocientes religione deorum adſtrinxerit. Deinde aſſumſit id, quod ei facile concedimus, vetuſtiſſimis Graecorum philoſophis iam innotuiſſe carmina quaedam, quae Orphei eſſe dicerentur; quae quamquam ab Euripide, Platone, et Ariſtotele laudantur, nihilo tamen minus dubitari poteſt, an omnino quidquam litteris conſignatum reliquerit Orpheus. Atque haec quidem omnia praemuniri putabam reliquae Geſneri diſputationi, quo facilius intelligeremus, quomodo vete-

res Chriſtianae religionis apologetae carmina iſta Orphica ab Onomacrito condita eſſe dixerint. Verum hic ille longe diuerſam rationem ſecutus eſt, cum exinde probabili coniectura colligi poſſe putabat, haec noſtra Argonautica, quae cum aliquot Hymnis et libello de lapidum virtutibus ſub Orphei nomine edita exſtant, quoniam is ſcilicet vbique loquens inducitur, ab Onomacriti ingenio eſſe profecta. Poſſem hanc argumentationem acerbius inſequi; ſed amice cum viro docto agere malo. Exſpectabam enim, vt ille teſtimonia veterum ſcriptorum afferret, quibus Argonauticorum horum auctoritas ad Onomacritum referri poſſet. Ego quidem in tanta multitudine nondum reperire potui, qui Onomacritum ſcriptorem Argonauticorum faceret. Nam quod olim exſtabat ſcriptum eodem argumento carmen, auctorem habuit Orpheum quendam Crotoniaten, aequalem Piſiſtrato, vt ab Aſclepiade libro ſexto Grammaticorum traditum accepimus. Quid vero dicamus eſſe cauſae, cur Apollonii Rhodii Scholiaſtes, quem vetuſtiſſimos quosque hiſtoriae Argonauticae ſcriptores diligenter in conſilium adhibuiſſe, atque etiam Orphica carmina, quae tum temporis exſtabant, legiſſe conſtat ex adnotatione ad librum II. v. 467. III. 1. III. 26. tamen hunc noſtrum auctorem ne verbulo quidem vſpiam commemorauerit? Neque enim audiendum puto Io. Toupium, virum litte-

litteratiſſimum, qui nuper in libris Emendationum ad Suidam leuiſſima ſuſpicione permotus, ſine vllo argumento temere pronunciauit, eſſe haec, quae ſub Orphei nomine edita exſtant, carmina de Argonautarum expeditione referenda ad Cleonem quendam Curienſem auctorem, quem cum alibi laudatum reperimus a graeco Apollonii interprete, tum inprimis in praeclara annotatione ad librum I. 623. ex qua manifeſtum fit Toupium hallucinatum eſſe. Magnus opinator ſcilicet is eſt; cui ſi quis eiusmodi error accidit, equidem non miror. Voluit enim videri ſuperaſſe antiqui illius Democriti ſapientiam, qui cum ouum inſpexerat, quae gallina peperiſſet, dicere ſolebat. Praeterea multa ſunt, quae quominus haec carmina Onomacrito vel alii ſcriptori vetuſtiori tribuamus, nos impediunt; quorum ſtatim illud primum eſt et maximum, quod in toto orationis habitu et quaſi vultu non apparet natiuus ille atque auſterus ſermonis antiqui color, quem haud ita facile eſt fuco aut aliquo artificio mentiri, quemadmodum olim Porcii Latronis affectatores cumini potione ſimilitudinem coloris ſtudii contracti imitatos eſſe ferunt; nec magis ipſa verba vetuſtatis illum ſqualorem et ſitum habent obductum, quem olim Dionyſius, vir in omni *iudicio* elegantiſſimus, in antiquiſſimis graecorum poetarum ſcriptis tantopere probabat; quomodo fere hodie antiquarii in nummorum

vetuſtate agnoſcenda rubiginem aliquam requirunt. Sed quoniam haec talia ſunt, vt ſenſu quodam animi interno melius percipi, quam verbis diſtincte explicari poſſint, nec omnes ii, qui de ſcriptis veterum iudicare inſtituunt, ingenium afferunt tritum notandis generibus poetarum et conſuetudine legendi, orationem hinc ad ea transferam argumenta, quibus etiamſi Geſnerus maxime confidebat, tamen ad omnem eius diſputationem nihil reperio, quod potius accommodem, quam vt aut parum eum memoria valuiſſe iudicem, aut minus intentum rebus minutis opere in tanto habuiſſe animum, vt ineptiarum ſcilicet crimen effugeret.

Quod ſi enim docuero nullam plane fidem Geſnero haberi poſſe in eo, quod ſatis confidenter affirmat, nihil dum eſſe in his libellis a ſe animaduerſum, quod repugnet illis temporibus, quibus fuiſſe dicitur Thracius ille Orpheus; ſi deinde demonſtrauero falſum eſſe etiam alterum illud, quod a Geſnero poſitum eſt, non vrbium, non hominum, non inventorum aut cuiuscunque rei denique mentionem ineſſe, quam recentiorem eſſe Troianis temporibus doceri poſſit; ſi denique exemplis confirmauero ipſam orationis formam et dictionem non ſolum a more Homerico, ſed a conſtanti graeci ſermonis vſu, et perpetua veterum ſcriptorum conſuetudine prorſus abhorrere, tum demum id mihi conſecutus

eſſe

eſſe videbor, vt Argonauticorum Orphicorum nouitatem manifeſto oppreſſam et conuictam teneamus. Mirum non eſt, ſi tandem ingraveſcente litterarum barbarie, cum omnis fraudis ſuſpicio vetuſtate temporis exoleuiſſet, homines indocti illa antiquitatis ſimulatione in eum errorem inducti ſunt, vt ipſum Orpheum auctorem carminum iſtorum haberent, atque id etiam expreſſo in fronte libri ſcripti nomine ſignificarent.

Prius vero quam ad hanc diſceptationem deſcendam, et in rem praeſentem lectorem adducam, ſeparatim aliquid mihi dicendum videtur de Hymnis Orphicis, quorum fidem atque auctoritatem communi virorum doctorum opinione cum Argonauticorum vetuſtate coniunctam eſſe video. Profecto non crediſſem hac noſtra aetate adhuc reperiri aliquem, qui nugas iſtas et hominis male feriati deliramenta vel tanti faceret, niſi nuper extitiſſet magni quidem ingenii vir, ſed nouarum opinionum nimis ſtudioſus, I. G. Herder, qui ſuſcepto vetere errore vniuerſam aeui vetuſtiſſimi religionem et ſapientiam ex hac ſententiarum myſticarum et argutiarum allegoricarum ſibi inuicem repugnantium colluuie deriuare conatus eſt. At enim mirum mihi videtur, nec vnum quidem Orphei locum ab vllo ſcriptore vetuſtiori laudatum eſſe, quem in his hymnis reperias; cuius quidem rei ratio reddi non poteſt ex eo, quod ſae-

pius a Geſnero nobis ingeritur, ſcripta ſcilicet Orphei delituiſſe ad ea fere tempora, quibus myſteria a Chriſtianis detecta et vulgata myſteria eſſe deſierint. Deinde facile a quouis etiam lectore animaduerti poteſt, multa tradi in illis carminum Orphicorum fragmentis, quae cum ipſis iis auctoribus, a quibus ea commemorantur, tantum a diſciplina Orphica, qualem a maioribus ſuis, et antiquioribus Orphicae philoſophiae magiſtris traditam acceperant, abhorrere viſa ſunt, vt fidem atque auctoritatem omnium eorum carminum, quae tanquam Orphica circumferebantur, in dubium vocarent; *) tum ita aperte pugnant cum doctrina ea, quae per omnem iſtam Hymnorum Orphicorum ſeriem diffuſa haud difficili coniectura colligi poteſt, vt vel vno hoc argumento confici cogique poſſe putem, Hymnos Orphicos, quos quidem hodie habemus, recentiſſimis demum temporibus ab homine non nimis aſtuto excuſos et confictos eſſe. De dictione non loquar; quid enim opus eſt in re tam clara ac manifeſta plura addere, vbi breuiter poteram defungi auctoritate viri doctiſſimi et in hoc litterarum genere verſatiſſimi

*) In quo genere praeclarus eſt locus Pauſaniae a Geſnero cum pluribus aliis omiſſus, Attic. I. 14. p. 34. ἔπη ᾄδεται Ορφέως, ἐμοὶ δοκεῖν ὄντα, Ευβουλεῖ καὶ Τριπτολέμῳ Δυσαύλην πατέρα εἶναι cf. Macrobius Saturn. I, c. 18.

mi, Chr. Meiners, qui maximam fere Hymnorum Orphicorum partem a variis philoſophiae myſticae auctoribus diuerſis temporibus demum poſt Chriſtum natum eſſe confictam affirmat? *)

Nunc ad ſcriptorem Argonauticorum revertor. Quam ſobrius et meditatus ad ſcribendum acceſſerit, vel ex eo manifeſtum eſſe poteſt, quod ipſe diffidebat ſe mente ſatis certa et confirmata in hac carminis opera poſſe conſiſtere, dum diuinus ille furoris afflatus, poetarum ſodalis, moleſto animi contubernio relicto ad coelum remigraſſet. Vereor tamen, vt

*) In Bibliothec. Philolog. Goetting. Vol. III. p. 112. Atque item demonſtratum eſt a viro ſummo, Chr. Gottl. Heynio, Hymnum in Muſas a doctrina vetuſtioris aeui plane abhorrere, in libello *De litterarum artiumque inter Graecos antiquiores conditione, quatenus illa ex Muſarum aliisque deorum nominibus muniisque intelligitur*, Goettingae edito 1772. Quid commemorem Hymnum in Herculem, in quo quidem hic Orphei ſimiolus crimen impudentiae tam parum cauit, vt Herculem ſcilicet eum, quem vna cum Argonautis ad vellus aureum recuperandum abiiſſe communis erat veterum opinio, probata etiam ab ipſo Argonauticorum Orphicorum auctore, tanquam vnum e deorum numero laudibus mactaret iis, ex quibus noua Platonis ſchola redolere videtur. Nunquam enim vetus ille Orpheus docuerat, eos qui dii appellantur, rerum naturas eſſe, non figuras deorum.

vt multis recte feciſſe videatur, cum auctoritatem deorum a carmine ſuo remoueret, et parata furoris excuſatione vti nollet. Quodſi enim aliquando partium ſuarum oblitus imitatione vetuſtatis excideret, et ab hiſtoriae fide aberraret, patebat ei perfugium honeſtum, quo facile omnem fraudis infamiam a ſe auertere poſſet, et iniquas grammaticorum criminationes repellere. Nempe ſanos Helicone Democriti ſententia excludit, adeoque de rebus poeticis iudicare vetat. Nunc autem in tam miſera conditione cauſſae Orphicae, quam Geſnerus accepit, diligenter ei circumſpiciendum eſt, vt non modo perſonam Orphei, ſed omnem carminis narrationem et orationem praeſtare poſſit. Accedo ad rem, ac ſtatim ipſum controuerſiae caput aggredior, quod facile me expugnaturum eſſe confido, ſi doceam multarum rerum mentionem ineſſe huic carmini, quae non modo Troianis temporibus non conueniat, ſed ipſa etiam Onomacriti aetate recentior ſit, aut denique veterum ſcriptorum omnium auctoritati et rerum veritati repugnet.

Exordiar ab ea narratione (v. 385.) quam fere totius carminis pulcherrimam partem dixerim. Deuertuntur Argonautae ad Chironem, et in montem Pelion aſcendunt, vbi Peleus filium ſuum, quem ſapientiſſimo Centauro educandum atque erudiendum tradiderat, obiter videre et amplexari cupiebat. At enim

enim certum eſt, et obſeruatione graeci Apollonii interpretis ad L. I. 558. confirmari poteſt, eam opinionem, quae Achillem a Chirone educatum eſſe volebat, poſt Homeri tempora demum prolatam inualuiſſe. Deinde deferuntur Argonautae ad ſcopulum Sirenum, quas quidem Orpheus virtute et ſuauitate carminis ſui victas eo redegit, vt ſe praecipites in mare darent, vbi in ſaxa transformatae eſſe dicuntur verſu 1285. Praeterea Sirenum altera lyra, tertia tibiis ceciniſſe traditur; quae quidem omnia quantum cum ab Homerica narratione, tum a reliquorum ſcriptorum veterum conſenſu, et moribus heroicorum temporum abhorreant, nemo eſt paullo humanior, qui non ipſe per ſe facile intelligat. Porro in deſcribenda pugna, quae noctis errore commiſſa fuerat inter Argonautas et amicum Cyzici populum, auctor huius carminis verſu 500. nominat Dolopas, qui illam Propontidis oram nunquam tenuere. Voluit nimirum Dolionas intelligi, quod nomen verſus hexametri menſura non capiebat. Similem errorem deprehendiſſe mihi videor in verſu 748. vbi traditur ex Araxe ortum habere cum Phaſi et Tanai Thermodonta, quem tamen omnes norunt campos Themiſcyrenſes tenuiſſe. Sed non dubito hunc ſcriptorem ſecutum eſſe auctoritatem Eratoſthenis, quem Strabo XI. p. 364. pro Lyco fluuio Thermodontem ait duobus illis prioribus adiunxiſſe,

vt

vt praeclare monuit Vir illuſtris *(Mr. le Baron de Sainte-Croix)* in libro doctiſſimo: *Examen Critique des Anciens Hiſtoriens d' Alexandre* le *Grand*, Pariſiis Ao. 1775. edito, pag. 298.

Nunc mihi fas ſit intrare ſacrum Hecatae lucum, in quo vellus aureum a dracone cuſtoditum eſſe dicitur. Video poſitum in ipſo veſtibulo ſimulacrum deae, quam Colchi ſub nomine Dianae ianitricis et venatricis adorant, ἄρτεμιν ἐμπυλίην, κελαδοδρόμον ἱλάσκονται, vt ait auctor verſu 900, qui tamen ipſe paullo poſt (verſu 933.) Hecaten Munychiam et ἀγροτέρην nominat. En tibi quatuor eiusdem deae cognomina, ex quibus tertium proprium domicilium olim habebat in Munychia Athenienſium portu, vbi Dianae Munychiae fanum erat. Exſpectabam hic, ſi Geſnerus nos doceret, quo tempore, qua via, quoue auctore Diana Munychia cum ipſo portu ex Attica translata ad Colchos peruenerit; ille vero mirum quam abſurdam vocis originem nobis inſuſurrat in Indice, vbi *Lunae*, inquit, *epitheton videtur*, *quae μόνη νύχιος eſt*, *cum plena eſt*, *vt Solem e ſolitudine quidam dictum volunt*. Quid? quod idem cognomen de Diana Taurica ſimpliciter poſitum eſt ab hoc noſtro ſcriptore verſu 1074. qui ſtulto ſane conſilio ex tot Dianae appellationibus, quae prima memoriae occurſabat, ſtatim arripuit, et quodcunque in ſolum veniebat, vt dicitur, effinxit.

In

In longa arborum, ſtirpium, plantarumque enumeratione, quas ex memoriae ſuae areolis in lucum Hecatae transplantauit auctor a verſu 913. ad verſum 921, Geſnero videbatur id ſpectaſſe, vt nomenclaturam et cognitionem rerum naturalium inculcaret. Verum hic vir doctiſſimus ſatis ſeculo feciſſe pro ſuis rationibus ſibi videbatur, ſi declaratione nominum illorum omiſſa, et in rei herbariae ſtudioſos reiecta, tantum occaſionem praeberet Orphicarum ſtirpium texendi catalogi, in quo nihilo tamen minus audacter affirmat, vt nempe in aliis quoque partibus huius carminis, nondum quidquam ſe reperiſſe, quod antiquum non eſſe appareat. Ego vero, qui vel hanc antiquae eruditionis partem, quae in cognoſcendis herbarum nominibus et virtutibus verſatur, nunquam mihi contemnendam, aut omnino a ſtudiis humanitatis alienam putarim, in hac tanta nominum profuſione non ſolum auctoris iudicium valde deſidero, ſed etiam agnoſcere mihi videor veſtigia curioſae magorum ſuperſtitionis, quae multis demum poſt Orphea ſeculis medicinae ſtudia rerumque naturalium ſcientiam tanquam peſtis inuaſit et corrupit. Sic, vt exemplo vtar, in mentionem cyclamini herbae, quae contra conſtantem ſcriptorum omnium vſum *κυκλαμὶς θεσδὴς* vocatur ab auctore verſ. 915, plane conuenit ille Plinii locus XXV. c. 9. de herba orbiculari, quae latine dicitur: *in omnibus ſerenda*

renda domibus, ſi verum eſt, vbi ſata ſit, nihil nocere mala medicamenta. Amuletum vocant, narrantque ea ebrietatem repreſentari. Sed omiſſa tota iſta diſputatione, paullo longiore, quam ferunt ſcripti huius anguſtiae, tranſeamus ad alium locum, qui, vt poſſit intelligi, emendationis opem deſiderat. Memorantur verſu 920. in herbarum medicatarum aut venenatarum numero *ἄλκεα, καὶ πάνακες, καὶ κάπασον, ἠδ' ἀκόνιτον·* ex quibus eam, quae tertio loco poſita eſt, qui notam ſibi eſſe diceret, aut ab aliquo rei herbariae ſcriptore nominari meminerit, adhuc neminem reperire potui. Verum hic collatio codicis Voſſiani a Geſnero allata nos in verae lectionis veſtigium perducet. Is enim *κάλπασον* praefert; ex quo *κάρπασον* efficiendum eſſe non dubito. Huius vero plantae ſuccus olim in venenis fuiſſe traditur primum a Dioſcoride, ſi tamen is eſt auctor libri de Alexipharmacis, qui cap. 5. *ὀπὸν καρπάσου* appellat. Plinius vero L. XXXII. c. 5. *ſuccum Carpathi*, et ſimiliter L. XXVIII. 10. et L. XXXII. 9. *opocarpathon* habet. Conſentit tamen cum Dioſcoride Galenus, qui libro primo Medicamentorum ſecundum loca c. 3. *ὀποκάρπασον* ex Archigene nominat; atque idem libro primo de Antidotis, vbi Theriacam Archigenis interpretatur, myrrham ſaepiſſime cum ſucco carpaſi vel ipſorum medicorum conſilio permiſceri, vel fraude pharmacopolarum propter magnam opocar-

opocarpaſi ſimilitudinem adulterari memorat. Fuit plane idem librariorum error in hoc poſteriore Galeni loco, vbi Baſileenſis editio ἱποκάλπασον pluries expreſſum habet. Atque ex hoc Galeni fonte paullulum inflexo nomine deriuata eſt καρπησία Pauli Aeginetae V. 45. cum qua nominis ſaltem vſurpatione conuenire videtur καρπήσιον, quae dicitur alibi a Galeno, feſtuca tenuis, ſurculis cinnamomi ſimilis, odore τȣ̃ Φȣ̃, ſed valentiore et magis aromatico; ſed eam reapſe et natura ſua multum differre clariſſimus medicinae veteris interpres, Gorraeus, neſcio quam recte affirmat. Inter ſpecies ad vectigal pertinentes refertur etiam carpaſum L. XVI. §. 7. de Publ. et Vectig. Quodſi vero carpaſi memoria vetuſtior ſcriptis Dioſcoridis et Plinii non exſtat, nec vlla eius mentio facta eſt a grauiſſimis hiſtoriae herbariae auctoribus, Theophraſto et Nicandro, quorum hic poſterior omnia plantarum venena, quae tum nota erant, diligentiſſime perſecutus eſt carmine luculento, vereor, vt aliquo ſatis commodo argumento defendi poſſit, notitiam huius veneni vsque ad remotiſſimam Orphei aetatem, aut ſaltem Onomacriti aliquanto propinquiora tempora pertigiſſe. Antequam Hecatae lucum relinquamus, in tranſitu lubet adhuc inſpicere plantam, quae verſu 914. cum cypero et ariſtereone poſita θρύον appellatur. Solet eo nomine plerumque intelligi herba

paluſtris, (vide Reiske ad Theocrit. XIII. 40.) quae cum in hac plantarum veneníficarum ſocietate locum non habeat, rectius interpretabimur *θρύον* herbam Apollinarem, graece ſtrychnon manicon, quod a quibusdam rei herbariae ſcriptoribus ita nominatum eſſe tradit Dioſcorides IV. 74.

Progredior ad narrationem de amoribus Iaſonis et Medeae, quam exorditur auctor a verſu 864. *ὡς παρθενίοις αὐτοῦ φίλτροις ἐδαμάσθη αἰνόγαμος Μήδεια — ἐν γὰρ οἱ ἵμερον ὦρσεν ἐρωτοτρόφος Κυθέρεια, ἧκε δ' ἀερ ἰὸν ὑπὸ σπλάγχνοις δασπλῆτις Ἐριννύς.* Non reprehendo iam in hac oratione vitium, quod quamuis leue, tamen in ſcriptorem diligentem non cadit. Scilicet in commemorando amore, quem conſpecto primum Iaſone Medea conceperat animo, ſtatim iniicitur mentio nuptiarum, ſeu concubitus mauis, atque ita res temporis interuallo ſi non longo, tamen aliquo disiunctae vocis *αἰνόγαμος* importuna conſortione iunguntur; verum illud quaero, quaenam partes Erinnyos eſſe poſſint in eo amore, qui nullam praecedentis alicuius ſceleris vel leuiſſimam ſuſpicionem adiunctam habeat? Proferri mihi velim vetuſti alicuius ſcriptoris teſtimonium, quo Furiarum officium vnquam in concitandis amoris motibus atque inſtigando libidinis furore verſatum eſſe comprobari poſſit. Quodſi forte qui vetuſtatem

tem carminum Orphicorum cupide magis quam prudenter aſſerere conantur, hanc quaeſtionem ad poſterioris aetatis iudicium reiicere velint, atque omnem defenſionem ad exemplum Valerii Flacci, *) atque auctoritatem Statii traducere, videant, ne tandem ipſi in vada deferantur, ex quibus emergere atque eluctari non poſſint antea, quam certis rerum argumentis demonſtrauerint, ea in re doctrinam Valerii Flacci et Statii cum rationibus vetuſtiſſimae Graecorum theologiae plane conſentire.

Denique multa in ipſa oratione, verborum vſu, forma et flexione deprehendiſſe mihi videor recentioris aetatis veſtigia, quibus carmina ſua perſonatus ille Orpheus impreſſit. Quae quidem ſingula prius quam indagata perſequamur, diligenter a communione ſuſpicionis huius ſeiungenda ducimus omnia ea loca, quibus corruptelae macula ignorantia librariorum concepta ita adhaeſit, vt nouiſſimi editoris aciem falleret, in quo tamen viro ſaepius etiam deſiderauimus diligentiam atque

 illam

*) Apud Valerium Flaccum Argonautic. IV. 13. legitur: J, *Furias Veneremque moue, dabit impia poenas virgo, nec Aeaetae gemitus patiemur inultos.* Locus Statii exſtat Thebaid. V. 66. vbi Lactantius Furias Veneri coniungi ait, quoniam veneris voluptas nihil ſit niſi inſania.

illam ingenii ſagacitatem, qua vel maxime non ſolum hoc ſtudiorum genus, ſed omnis eruditio ſpectari et commendari videtur. Primum igitur verſu 112. vbi conuentus heroum ad Pagaſas narratur: ἔνθα δ' ἀριςήων Μινυῶν λόχος ἠγερέθοντο ςεινὸν δὴ ψαμάθε ὁμάδῳ, ἐηγμῖνα τ' Ἀναύρε: vulgarem lectionem ita emendandam eſſe cenſebat Geſnerus, vt legeret: ςεινὸν ἐπὶ ψαμάθε ὅμαδον, *in anguſto arenae tumulo:* vt interpretatur ipſe Geſnerus, qui quidem hic laudando conatu prorſus infeliciter, ne quid grauius in eum dicam, excidit. Leuiſſima mutatione ſenſum patefaciemus, qui poſtulat legi: ςεῖνον δὲ ψαμάθες ὁμάδῳ i. e. *arenam litusque Anauri multitudine ſua arctabant.* Deinde verſu 273. eſt de naue Argo: καὶ οἱ ἐπ' ἄρτια θῆκαν ἀερηρότα πορσύνοντες, ἶςόν τ' ἠδ' ὀθόνας· ἐπὶ δ' αὖτ' οἴηκας ἔδησαν· quae quidem lectio ſola, ſi Geſnerum audis, ſententiam commodam praeſtat. Ego vero, quaenam ea ſit, nec ex interpretatione latina perſpicio, neque coniectura poſſum aſſequi; hoc vero facile intelligo, vulgare ἐπάρτια, quod a Stephano proditum temere reiecit nouiſſimus editor, ſi mutetur in ἐπαρτέα, et omiſſa in vltimo verſu diſtinctione cum vocibus ἰςόν τ' ἠδ' ὀθόνας cogitatione coniungatur, tanquam poſtliminio eſſe recipiendum. Similis eſt locus Apollonii Rhodii Argon. 1. 333. πάντα γὰρ εὖ κατὰ κόσμον ἐπαρτέα κεῖται ἰδεσιν· vnde paullo poſt

v. 1210.

v. 1210. habetur: *ἄλλα τε κατὰ κόσμον ἐπαρτίσσειεν ἰόντι.* Porro verſu 296. vbi editum eſt: *ὥς δὴ οἱ κλέος ἐσθλὸν ὄπαζεν·* legi iubent leges grammaticae: *ὥς δὴ οἱ κλέος ἐσθλὸν ὀπάζῃ.* Grauius vitium inhaeſit verſibus 392-3. quos ita reſtituendos eſſe puto, vt legamus: *καὶ προπροκεκλιμένος μὲν ἐπ᾽ οὐδαίοιο χαμεύνης — ἐπηρήρειστο δὲ πέτρῃ.* At verſu 510. vbi eſt, *ἀλλ᾽ ὅτε γ᾽ ὠκεάνοιο ῥόον βαπτίζετο Τιτὰν*, poſtulat vſus Homericus vt *ῥοοῦ* ſcribatur. Dubito etiam an ab ipſo poeta profectum ſit, quod verſu 595. et 1095. legitur, *μήρινθα* pro *μήρινθον*, quae quidem poſterior forma ſola communi ſcriptorum omnium vſu frequentata fuit. Mihi quidem vtroque loco Homericum *μέρμιθα* repoſitum multo magis placeret, quemadmodum etiam verſu 584. *τάπητ᾽ ἁλιανθέα, veſtem purpuream,* ex vulgari ſcriptura (*τάπητα λιανθέα*) elicere, quam Bataui doctiſſimi *διανθέα* moleſta argutatione diuexare malim. Denique verſu 659. pro vulgato *ἐπ᾽ ἠῶοι* legendum eſt *ὑπηῶοι*, vbi Apollonius in eadem narratione I. 1360. *ἠοῦς τελλομένης* habet, quod haud ſcio an verſu 482. vbi legitur *ἅμ᾽ ἠῶους*, ſimiliter reponendum putem.

Primo ſtatim loco poni debebant memorabiles illi verſus, (605. ſeqq.) quibus Myniarum aſcenſus in montem Dindymum narratur, vbi Rheae ſimulacrum ex vite ſilueſtri affabre factum a ſe dedicaſſe dicitur Argus:

ὅσγε ταυυφλόιȣ ἐλάτης ἀμφίπλεκες ἔρνος ἀμπέλȣ αὐαλέης ὀξεῖ ἀπέκερσε σιδήρῳ, ξέσσε δ' ἐπιςαμένως βρέτας ἱερὸν ἰδμοσύνῃσι· quaequidem verba ita Geſnerus interpretatus eſt: *qui implexam corticoſae abietis ſtirpem, quam amplexa fuerat vitis arida, acuto praecidit ferro, ſculpitque ex eo ſcienter imaginem ſacram.* Verum meminiſſe debebat vir doctiſſimus, quod ab Apollonio Rhodio I. 1117. traditum ſine dubio legerat, fuiſſe hoc ſimulacrum ex vite ſilueſtri factum, quam carminis Orphici auctor abietis annoſae truncum amplexatam fuiſſe perhibet. Sed in verborum graecorum ſtructura leue vitium haeret, quod Geſnerum in errorem induxit; voces enim iſtae: *ταυυφλόιȣ ἐλάτης* a ſecundo caſu in tertium translocandae ſunt, vt recte cum extremis verbis iungi poſſint, quae proinde vitis aridae ſtirpem abietis trunco implicitam ſignificant. Hoc igitur Rheae ſimulacrum Argonautae apud Apollonium in colle fagis inumbrato dedicatum ara lapidibus exſtructa et foliis quernis coronata cinxiſſe dicuntur; at Orpheus hic noſter multo operoſius eos exſtruere lapidibus domum Rheae, (*λάεσι δ' ἐυτύκλοις δωμήσατο οἶκον ἀνάσσῃ*) atque intus ara lapidea poſita ſacra tauris facere iubet. (*ᾧ ἔπι ταυροθύτȣς λοιβὰς ἠδ' ἱερὰ καλὰ ῥέξαν.*) Sunt quaedam in hac narratione, quae cum a ſimplicitate vetuſtiſſimae religionis, tum a ritibus ſacrorum in cultu Rheae antiquitus vſitatis

tatis plane abhorrere mihi videntur. Primum illud quaero, quinam domus illius, quam in tanta ſociorum trepidatione ſolus Argus lapidum exquiſitorum mole exſtruxiſſe dicitur, vſus fuerit ad ſacra Rheae peragenda, quibus ara poſita ante deae ſimulacrum pro more ſeculi iſtius ſufficere poterat? Deinde mentionem taurorum in ſacrificio factam, vbi Apollonius vrſos adhibet, a ceremoniis taurobolii traductam ſcriptoris aetatem recentiſſimam arguere, eo confidentius affirmare poſſe mihi videor, quod ipſum adeo Geſnerum tandem in eam ſuſpicionem veniſſe video, ita, vt in interpretatione latina ponere auſus ſit *libamina taurobolio addita*, adiecta hac annotatione: An ταυροθύτȣς λοιβὰς *ſuſpicabimur ceremonias hic indicari eas, quae multis poſt ſeculis demum prolatae, et Taurobolii nomine ſuperſtitioſo illo Antoninorum ſeculo celebrata ſunt? Quod cum ſuſpicor, imitationem qualemcunque adfectationemque Chriſtianarum ſententiarum non excludo.* Hinc igitur in Hymno XIII. 2. Rheae currus ταυρόφορος aſſignatur. Quoniam vero caput hoc antiquae religionis, quod eſt de cultu et ſacrificiis deorum, oratione noſtra attigimus, age reliqua etiam deinceps loca perſequamur, quae naturali quadam cognatione cum eo coniuncta videntur. Igitur in toto illo apparatu ſacrificii, quod a verſu 308. deſcribitur, nihil eſt, quod a communi veteris Graeciae more recedat, vt ſibi

Digitized by Google

perſuaſiſſe videtur Geſnerus, qui mirabilia quaedam hinc myſteria nobis effinxit, quae partem theologiae Orphicae conſtituiſſe putabat, niſi quod cum hic, tum altero prorſus gemino loco (verſu 955.) ordine praepoſtero, non inuſitata ſcriptori noſtro negligentia primum ſtrues lignorum in litore facta memoratur, cui victimae partes quaedam impoſitae, atque omento inuolutae adolerentur; tum demum verſu 311. taurus caeditur, quem etiam Apollonius in ſacrificio iſto adhibet, omiſſa tamen mentione foederis, quo fidem Argonautarum iungendam carminis Orphici ſcriptor exiſtimauerat. Hic vero Geſnerus nobis obiicit verſum 310. vbi legitur: *ἐν δ' ἄρ' ὕπερθε πέπλῳ παρκατέθηκα θεοῖς ἐπινήχυτα δῶρα·* ex quo mira interpretatione partem myſteriorum Orphicorum eruit. Sed ad omnem iſtam viri doctiſſimi orationem facilis et breuis eſt defenſio: nam verba illa *ἐπινήχυτα δῶρα*, niſi partes hoſtiae in ſtrue lignorum flammis adolendas ſignificant, nullum plane ſenſum habent. At enim ipſe carminis auctor nobis perſuadet, vt ita hunc locum accipiamus, qui ſtatim initio (verſu 39) *φθιμένων ἐπινήχυτα δῶρα* ſimiliter poſuit, quod Geſnerus *mortuorum larga donaria* interpretatus eſt, cum altero loco *deorum munera* dediſſet, in quo plane acquieſco. Sic enim eam vocem vſurpatam reperio a Valerio Flacco cum L. III. 312. vbi eſt: *date debita caeſis*

munera,

munera, quae noſtro miſiſſet Cyzicus igni: tum L. II. 330. *protinus ingentem procerum ſub nomine taurum deiicit, inſuetis et iam pia munera templis reddit.* Supereſt, vt notionem vocabuli πέπλῳ ad interpretationem noſtram, et ritum ſacrificiorum accommodemus. Notiſſimum eſt partes maxime pulpoſas pinguesque, vt ſunt femora, de victima caeſa diis exemtas, atque omento obuolutas igni fuiſſe adoletas. Apud Homerum quidem in ſacrificiorum apparatu deſcribendo fere vbique vocem κνίσσην de omento poſitam reperimus, vbi recentiorum plerique, in quibus eſt etiam Apollonius Rhodius, (I. 434.) vocabulum δημὸς adhibuerunt; ſed eadem plane ſignificatione fuiſſe etiam vſurpatam vocem πέπλος teſtimonio ſcriptoris eruditiſſimi confirmare poſſum. Is eſt *Meletius*, qui quidem in ea rariſſimi libri *de Natura hominis* parte, quae corporis humani partes nominumque proprietatem explicat, adeoque paene tota ex grammatica diligentia cenſetur, auctoritatem *Socratis*, qui de *Hominis natura* librum ſcripſerat, ſequi ſe profitetur. Hic igitur p. 90. ita tradit: *Enim vero diaphragmatis, hoc eſt ſepti transuerſi membranam* περίπλοον, *quod viſceribus inuoluatur, nuncupant;* ſiue *peplon* διὰ τὸ ὑφαπλοῦσθαι, *quod videlicet in pepli modum ſubſternatur; vel* πάτος, ἀπὸ τοῦ πεπῆχθαι καὶ οἷον συνεσφῖχθαι, *quod compactam eſſe conſtrictamque interpretareris, ut Calli*-

 lima-

limachus *) *inquit:* ἥρις ἂν ὑφηέμεναι τῆσι μέμηλε πάτος· *quod ſtudioſi pro ſui arbitrio inter-*

*) Hic Callimachi locus, quo fragmenta in noviſſima poetae editione prodita poſſunt augeri, codicis graeci opem deſiderat. Suadere tamen videtur vocis originatio, vt πάγος legamus.

Addam hic obiter reliqua Callimachi loca, quae a Meletio laudantur. Igitur pag. 137. fragmentum hoc habet:

ἴθι πρηεῖα γυναικῶν
τὴν ὁδὸν, ἣν ἀνίαι θυμοφθόροι ὀ περόωσιν.

quod Bentleius ex Etymolog. M. v. θάνατος et Suida v. ἐπαύλια protulit, et No. CXXXI. collocauit. In lectione θυμοφθόροι conſentit cum Etymol. Magno Meletius; nam apud Suidam eſt θυμαλγέες. Deinde fragmentum No. CXXXII. quod ex Etymol. M. v. λογχάδες poſuit Bentleius, habet Meletius p. 65. omiſſa tamen voce ἀλιτροὺς, quae inter ὅσις et αὐγάζειν medium locum tenet. Poſtea in deriuanda vocis φάτνη origine ſic ait p. 80. *vel* παρὰ τὸ πάτῳ τὸ ἐσθίω, *quod comedere diceres, vt Callimachus inquit,* μήκωνα πάτονται, *papauer comedunt.* Eundem locum ex *Orionis* Thebani Etymolog. MSto retulit praeſtantiſſimus vir, *Dav. Ruhnken,* in Fragm. p. 574. vbi in voce φάτνη ſimiliter eſt: ὅτι δὲ πατῶ ἐπὶ τοῦ ἐσθίειν κεῖται, τίθησι τοῦτο καὶ Καλλίμαχος λέγων, ὅ δη μήκωνα πατεῦνται. De verbo πάσσομαι vide *Erneſti* V. C. ad Callimachum p. 247. De gutturis appellatione ita tradit Meletius p. 85. Haec autem pars et guttur, *quod ab illis* φάρυγξ *dicitur a* φέρω, *ex eo, quod inde ſpiritus feratur, nomen capiens, vt Lycophron et Callimachus poëtae teſtantur.* Diſtinctius haec

tra-

interpretentur. Iam vero vide num hanc eandem notionem ad interpretandum verſum 955. mecum transferre, an ὅλα πλάσματα ὑπὸ πέπλους ibi cum Geſnero puppas ſiue imagunculas cereas peplis inuolutas ignique aduſtas intelligere malis, qualem in veneficio adhibet Sagana ap. Horat. Serm. I. 8. 30. vbi vide Intpp. Vltimo loco ſub cenſuram vocabimus verſum 570. vbi Cyzici manibus hoſtia nigra caeſa dicuntur inferiae factae eſſe. Poſuit carminis auctor: ἰδ᾽ ἔντομα πορσύνοντες παμμέλαν᾽ ἐν βόθροις κατεκαίαθον; quae quidem verba totidem latinis reddidit Geſnerus: *et inferias nigras combuſſerunt.* Verum cum ἐντέμνειν, ἔντομας vel ἔντομα ποιεῖν τινι, adiuncto vel omiſſo caſu quarto, vel etiam ſecundo, vt apud Apollonium Rhodium I. 587. ἔντομα μήλων, (vbi tamen Etymologicum magnum μῆλα

traduntur in Etymol. M. vbi eſt: Φάρυγξ, παρὰ τὸ φέρειν, δι᾽ ἧς φέρεται τὸ πνεῦμα. φέρω, φέρος καὶ φάρος· καὶ παρώνυμον, φάρυγξ. ὡς Λυκόφρων· ἐτύμβευσε φάρῳ· ἀντὶ τῷ φάρυγγι. . Monuit ad h. l. Sylburgius hodie in Lycophrone legi: ἄπαρκα μισύλας᾽ ἐτύμβευσε τάφῳ· vbi olim fuit φάρῳ, cuius vocis vſum Meletius auctoritate Callimachi confirmare voluit; ſed locus ipſe non exſtat. Denique locum Callimachi de ſimia in nouiſſima Fragmentorum collectione deſidero, πρὸ μιῆς ὥρης θηρίον ὃ λέγεται· quem ex Galeni III. Prognoſtic. 2. retulit *Caſpar Hoffmann* Variar. Lectionum L. I. c. XXV.

μῆλα habet,) quo genus hoſtiae declaretur, proprie dicatur de ſacrificio, quod mortuis fieri ſolebat, vt eſt etiam apud ipſum auctorem noſtrum verſu 956. ἔντομα θύματ' ἔρεζον, iterumque verſu 1368. ὄφρα κεν ἔντομα ῥέξω βασιλεῦσι· non immerito dubitet aliquis, qui graecae linguae ingenium probe noverit, an ἔντομα παμμέλανα recte dici poſſint, quaſi tu latine velis *ſacrificium nigrum*, vel, vt lepide Geſnerus, *inferias nigras* ponere. Mihi quidem ea locutio cum a perpetuo veterum ſcriptorum graecorum vſu, tum ab ipſis rationibus grammaticis prorſus abhorrere videtur; cuius modi naeuos plures in hoc ſcriptore deprehendiſſe mihi videor, ex quibus agnoſcere poſſumus ingenium hominis recentioris rude et pingue, qui graeci idiomatis vſum valde exiguum, ſcribendi vero cogitationem vel exercitationem plane nullam ad hanc carminis operam attulit.

Atque ita tandem me ad eam diſputationis huius partem delatum eſſe ſentio, in qua ſe iactare poſſet oratio mea, ſi totum hoc de puritate graecae dictionis argumentum vsque ab Homericorum carminum imitatione repetere, atque omnes grammaticae eruditionis copias paulo latius explicare vellem. Verum omnis haec cenſura tantum in iis orationis vitiis conſiſtet, quae quidem ita aperta ad reprehendendum ſunt, vt nihil tam copioſa advoca-

vocatione vtar, et facile cauſam meam apud intelligentes harum rerum iudices victurus eſſe mihi videar. Atque hic ſtatim obuerſatur animo meo mira dictionis barbaries, quam carminis auctor a contagione ſeculi ſui, vel ex frequentiore linguae latinae vſu traxiſſe videtur. Breuiſſime loca tantum inſigniora perſtringam. Verſu igitur 977. poſuit *λυσσῶπις σκυλάκη* pro *cane rabida*, deinde verſu 1278. *χρυσῆνι τριαίνῃ*, quorum quidem verborum alterum (*σκυλάκη*) cum ab analogia graecae linguae prorſus abhorreat, nunquam vſu ſcriptorum frequentatum fuit; alterum vero (*χρυσῆνι*) nouum plane ac deforme ex quo fonte promanauerit comminiſci non poſſum. Non minus alienae ſunt a graecae dictionis puritate locutiones iſtae: *καὶ ῥα πανημερίοισιν ἐν εἰλαπίναισιν ὅμαρτεν* (*παρέοντας*) verſu 509. pro eo, quod latine dicitur, *epulis eos proſequebatur*. Similiter ex fonte latino fluxiſſe videtur, quod habet verſu 941. *ἐπιστείβωσι δὲ ἔργον* id eſt, *opus aggrederentur*. Saepius etiam in ipſa verſuum dimenſione metrica peccatum fuit, veluti verſu 668. *ἑσπέριοι αὐλισθέντες ἐφωπλισσάμεθα δόρπον*· vbi tertium verbum ſyllabam antepenultimam contra conſtantem poetarum vſum habet productam; deinde verſu 974. *τρισσοκέφαλος* ſyllabam penultimam contra naturam ſuam producit. Eodem pertinet verſu 1137. *ια* priore

re longa poſitum, quod a more Homerico plane eſt alienum. Quis porro ferat in ſcriptore noſtro illam balbutiem dicam an inſcitiam, cum verſu 647. ponit: *ἠέλιος φέρεν ἵππους·* et verſu 1157. *ὄφελόν με διαῤῥαισθεῖσαν ὀλέσθαι*, vbi debebat eſſe: *ὄφελον διαῤῥαισθεῖσα ὀλέσθαι*. Quis infantiam hominis et turpem battologiam non irrideat, cum verſu 540. (*εὗδεις γλυκερῷ βεβολημένος ὕπνῳ κῶμα περὶ βλεφάροισι βαλὼν*) tantum et tam inanem verborum ſtrepitum ad ſopiendum gubernatorem Argum excitatum eſſe videat? Quis vnquam Plutonem, id eſt Iouem inferum, *χαμαίζηλον Δία* a poeta quopiam praeter hunc Orphei ſimiolum verſu 929. dictum fuiſſe accepit, aut omnino recte dici poſſe putauit? Nam, vt vis nominis praeſcribit, *χαμαίζηλος* is appellatur, *qui humum amat*, *humilis*, et inde ad animum tranſlata notione, *demiſſus*, *timidus*, quemadmodum *ὀρείζηλος* eſt *qui montes amat*, *montanus*. Quonam veterum alicuius ſcriptorum exemplo comprobari aut defendi poteſt, quod verſu 57. dixit poeta noſter: *καί οἱ ὑπὸ πραπίδεσσι δόλου τρίβον ἠπερόπευε*? cum poſtremum hoc verbum cum quarto caſu iunctum per ſe *fallere*, *decipere aliquem* ſignificet; deinde quod verſu 879. *μορφὰς* pro *membris* et verſu 217. *ςάχυν* pro *prole* poſuit? Non poſſum equidem inficiari alteram hanc vocem de genere Spartorum

rum poſitam verſu 872. (*σπάρτων στάχυν ἐξεγάριζε*) admodum mihi placere, quod illi videlicet ex ſemine dentium draconis inſtar ſegetis progerminaſſe dicuntur, vnde apud Apollonium III. 1352. *ἀναστάχυεσκον γηγενέες*· ſed in hoc noſtro loco hanc temeritatem nullo modo ferendam puto. Nec eſt, quod hanc aliquis translationem auctoritate Homeri et Apollonii Rhodii defendi poſſe putet, quod hic quidem aliquo loco *ἐπιστάχυεσκεν ἴουλος*, ille vero *ἀνδρὶ ὑποσταχύοιτο βοῶν γένος* poſuit; nam vtriusque loci rationem longiſſime ab vſu ſcriptoris noſtri ſemotam eſſe cuique facile patebit.

Sentio tam largam vitiorum ſegetem ex hac ſcriptoris barbarie tanquam ex agro fertiliſſimo cenſurae meae ſuccreſcere, vt vel longiſſima oratio iis omnibus excutiendis vix videatur ſufficere. Quamobrem ea potiſſimum ex illa multitudine deligam loca, quae paulo longiorem diſputationem deſiderant, vt hominem fraudulentum pro ſanctiſſimi viri monumento ſeculi ſemigraeci ſordes atque ingenii ſui lutulenti retrimenta nobis obieciſſe vincam. Quis enim verborum proprietatem non ignorans perſuaderi ſibi patietur a Geſnero graeca eſſe, quae leguntur verſu 911. *ἐν δὲ πόαι ῥίζῃσι κατηρεφέες χθαμαλῇσι* i. e. *herbae, quae radices humiles protegunt*, vt interpre-

pretatur vir doctiſſimus, cum κατηρεφὲς dicatur id ſolummodo, quod *ſuperne tectum eſt.* Huic tamen obiectioni Geſnerus ita occurrebat, vt diceret κατηρεφὲς non tam eſſe *tectum*, quam *quod tegat*, *inumbret;* quam quidem ſententiam ſuam vehementer vereor vt exemplis locorum Homericorum, quae laudat eam in rem ex Odyſſ. N. 349. E. 367, atque auctoritate Scholiaſtae confirmare aut defendere poſſit. Vtroque enim loco κατηρεφὲς σπέος et κῦμα natiuam ſuam notionem facile tuebitur; nec magis adiuuat loci Orphici interpretationem, quod Euſtathius priore loco σπέος κατηρεφὲς a quibusdam χθαμαλὸν exponi meminit. Verum, vt concedam Geſnero, recte dici κατηρεφὲς etiam id, *quod tegat, inumbret*, nihilo tamen magis his ſe difficultatibus explicabit. Quod ſi enim iam notionem iſtam cum Geſnero ad locum Orphicum transferas, quod equidem qui ſaluis grammaticorum legibus fieri poſſit, non video, ſenſus inde exiſtet plane inconcinnus atque abſurdus, quem tamen ipſe verſione latina exprimere, quam quod propria vocabuli vis ſuggerebat, *radicibus humilibus tectae,* ponere maluit. Tranſeamus ad alium locum, ex quo clariſſime, vt puto, eluceſcit, ab vſu ſermonis latini hominem inſcitum notiones rerum a proprietate vocabulorum graecorum longe disiunctas repetiiſſe, atque inter ſe inuicem con-

confudiſſe. Memorantur verſu 512. immanes illi viri, et forma corporis Gigantibus non diſſimiles, qui cum montem Arcton incolerent, Argonautas in litus ſuum egreſſos cum armis aggrediuntur, ἀρηΐφατοι ἄνδρες οἵ ῥα νέμοντο Ἀρκλώοις ἐν ὄρεσσι, τεθηπότες εἴκελα θηρσί· quem locum Geſnerus interpretatur: *martii viri, qui habitarent arctois in montibus, ſtupidi, ferarum inſtar, ceterum Titanibus ſimiles.* Non obſcurum quidem eſt, quam notionem in explicando verbo τεθηπότες ſecutus ſit vir eruditus; ſed audacter affirmare poſſe mihi videor nunquam illud vſu ſcriptorum graecorum de *homine ſtupido* frequentatum fuiſſe. Eſt enim τεθηπέναι proprie *novarum rerum miraculo ſtupere*, vt in noto illo Homerico: τίφθ' οὕτως ἕστητε τεθηπότες ἠΰτε νεβροί· nec intelligo, quo mentio ferini ſtuporis in hominibus immanibus et bellicoſis pertineat. Igitur alio nos conuertamus oportet; nec melius quicquam mihi ſuccurrit, niſi vt τεθηπότες eo ſenſu accipiamus, quo latine *ſtupendus* dicitur, et deinceps poſtrema illa verba εἴκελα θηρσὶ cum praecedente νέμοντο coniungamus. Atque hanc rationem adiuuare videtur cum verſus 565. vbi proſtrata iſtorum hominum cadauera πελώρια σώματα θηρῶν dicuntur, tum inprimis comparatio loci apud Apollonium Rhodium I. 943. qui in eadem narratione γηγενέες μέγα θαῦμα περικτιόνεσσιν ἰδέσθαι poſitum habet.

Sunt praeterea quaedam in ſcriptore hoc noſtro verborum formae et locutiones peculiares, quas breuiter etiam hic notabimus. In hoc genere plane ſingulare eſt, quod verſu 277. reperitur Μινυῆας pro Μινύας poſitum, deinde verſu 644. νυμφῶν λιμνακίδων pro λιμναίων. Saepius in Argonauticis recurrit locutio μοῦνος ἀπ' ἀνθρώπων eo ſenſu, quo latini *ſolus ex mortalibus*, *ſolus hominum* dicere ſolent. Sic eſt verſu 92. 181. 692. contra vero ſignificationem propriam, hoc eſt, graecam habet verſu 768. οἶος ἀπ' ἄλλων *ipſe ſolus*, *ſine comite*. Nec erat, cur Eſchenbachius hanc eandem notionem ad verſum 92. transferendam exiſtimaret; recte enim in illa Iaſonis oratione dicitur Orpheus ſolus ex mortalibus viuus ad inferos penetraſſe. Obſeruatum iam eſſe video a viris doctiſſimis Dav. Ruhnkenio Epiſtol. Critica II. p. 69. et Geſnero in indice verborum Orphicorum peculiarem et prorſus inauditum antea pronominis οἱ, σφισι vſum, in quo ſcriptor hic Argonauticorum paene inſanit. Sed nolim cum his duumuiris temere pronunciare voculam vtramque particulae expletiuae loco eſſe habendam; qua quidem opinione admiſſa, confitendum erit etiam illud, quod tamen illi doctiſſimi viri negant, omnem vocabulorum vim atque vſum ex graeca lingua fuiſſe ab hoc ſcriptore ſublatum. Ne plura hic commemo-

rem

rem exempla, vide modo illa: *μολεῖν γὰρ οἵ ἔτι πέπρωτο Φᾶσιν καλλίρροον μένος ὄβριμον Ηρακλῆος* verſu 634. deinde: *ὃν δὴ καλλίχορον μὲν ἐπώνυμον οἱ καλέουσι* verſu 729. poſtea: *τῷ οἱ* pro *cui* poſitum verſu 544. porro: *ἐν δέ σφιν πυμάτῳ μυχῷ ἕρκεος* verſu 909. denique: *ἃ δὴ τελέεσθαι ἔμελλε σφῇσιν ἀτασθαλίῃσι πολυφθόρου Αἰήταο* verſu 863. quod ex reliquo poetae more debebat eſſe: *ἃ δὴ τ. ἑ. ἀτασθαλίῃσιν ἑο Αἰήταο.* Non aliter fere vetuſtiſſimis temporibus genus animalium locutum eſſe putarim, quorum confabulationes vafer ille Phryx inaudiuerat; ita vt nemini poſthac mirum videri debeat hunc noſtrum Orpheum olim feras ſuauitate cantus ſui delinitas tenuiſſe, et dirum illum draconem, aurei velleris cuſtodem, incantatione paucorum verborum in ſoporem profundiſſimum conieciſſe.

Vltimo loco lectori proponam examinandos duo verſus ex Hymnis Orphicis deſumtos, quibus etſi ad ſententiam meam confirmandam nihil iam vtor, fortaſſe tamen poteſt exinde duci aliqua ſuſpicio de tempore, quo carmina haec ſcripta ſunt. Prior exſtat Hymno XVIII. 16. *σμαραγεῖ δὲ κεραυνὸς αἰθέρος ἐν γυάλοισι.* Equidem ſcriptorem alium non noui, qui de *cauitate aetheris* *γύαλον* vſurparit, praeter auctorem carminis de Venatione,

quem

quem vulgus ineruditum cum Oppiano perperam confundit. Is igitur ſimiliter habet L. I. v. 281. *αἰετὸς αἰθερίοισιν ἐπιθύων γυάλοισιν.* Alter eſt Hymno XXI. 5. de mari: *εὐδιϊνοῖς ἁπαλοῖσι γαληνιόωσα δρόμοισι*, quocum iterum plane conuenit verſus 115. libri primi de Venatione, vbi dicitur dies *πᾶσα γαληνιόωσα παννματίοισι δρόμοισι·* quem male a Turnebo explicatum eſſe nunc demum intelligo, cum eandem culpam in loco Orphico interpretando Scaligerum in ſe admiſiſſe video.



99 975350

Digitized by Google